

## Werk

**Titel:** P. S. Pallas. Reise durch verschiedene Provinzen des Rußischen Reichs

**Jahr:** 1776

**Kollektion:** Sibirica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN33004978X

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN33004978X>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=33004978X>

**LOG Id:** LOG\_0006

**LOG Titel:** Anhang zum dritten Theil. Descriptiones Animalium

**LOG Typ:** appendix

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN32991345X

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN32991345X>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=32991345X>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

\* \* \* \* \*

# U n h a n g

## zum dritten Theil.

### Descriptions Animalium.

#### I. VRSVS *marinus.*

**A**dultorum magnitudo tanta, vt pellis longitudinem fe- QVADRV;  
PEDIA.  
ptem et octo saepe pedum aequet. *Caput* maius, cranio conuexiore, rostroque crassiere, quam in V. vulgari: *Nasus* maior, aperturis patentioribus, nec rugosis. *Rifus* minus rescissus, hinc dentationes labii inferioris tantum denae, quum in vulgari sint octodenae. *Dentes* primores tantum extimi obsoletissimae bilobi; *molares* magis inaequaliter a caninis distantes, vbiq; terni: sed superne minutus ante reliquos accessorius, denticulusque obtusus medio inter hunc et caninum interuallo, quod non in V. terrestri. *Mystaces* vix vlli, *setae* supraciliares pauciores. *Palpebrae* ciliis plane nullis; *Irides* gryleo fuscae. *Aures* minores multo, quam in V. terrestri, ouato-rotundatae. *Collum* tenuius. *Palmas plantaeque* pentadactylae, (pollice breuiore), plicis inter digitos crassis semipalmatae. *Callus* in volis pedum minor, villis vndique mollibus, durioribus, quam in corpore occultatus; nullus ad carpum exterior, qui V. terrestri insignis. *Cauda* breuissima, crassa, truncata, vellere, nisi pilis apicis, vix emergens. *Vellus* in toto animali candido-argentatum, cum aliqua flauedinis tinctura, tenerius, nitidiusque, quam in V. terreno.

*Habitus* in promontoriis, insulis atque glacie fluitante Oceani hyperborei, a quo nusquam recedit. Pigrior, lentiorque V. terrestri, voce grauiore, rugiente diuersus. Pisces carnibus oblati praefert, praesertim congelatos.

2. FÉLIS *Manul*. Tataris et Mongolis *Manul*. Russis: **земная кошка.**

*Magnitudo* Vulpis; caput ~~maiusculum~~, artus robusti, vnde facies Lynxis. *Color* in toto corpore Lynxis, scilicet fulvescens, albidò et pilis raris fuscis imbratus, subtus pallidus. *Caput* in vertice punctis atris, et lineis vtrinque binis obliquis, ab oculo per genas parallelis. *Pedes* lituris fuscis, vagis, obsolete sine virgati. *Maculae* in corpore omnino nullae. *Cauda* paulò longior, quam in Cato, densisque vndique pilis incrassata, cylindrica, apice annulisque circiter senis atris, quorum tres apici propiores, conferti, subconnexi, reliqui sensim obsoleteiores et remotiores.

Frequens in rupestribus, apricis totius Tatariae Mongolicaeque desertae, victitans animalculis variis.

3. LEPVS *dauricus*. Mongolo-Buraetis *Ogotona*.

*Magnitudo* paulò infra Leporem alpinum (*Append. ad Vol. II. n. 2. tab. A.*), cui simillimus. Differt forma magis ad *L. pusillum* accedente, proportionibus quibusdam, colore et forma aurium, teneritudine vellere, colore, et anatomicis quibusdam momentis, deinde moribus. *Auriculae* rotundato-subtriangulae, albidae. *Vellus* tenerrimum, nitidum, totum supra gryseo pallidum, subtus albidum. *Palmae* pentadactylae, *plantae* tetradactylae, dentesque, vt in cognatis. *Cauda* nulla, neque coccyx adposito tuberculo prominula.

Vivit in campis, montiumque declivibus arenosis, apricis, per totam Dauriam, cumculo labyrinthico; sub autumnum foeni aceruos globulos congerit et compingit. Vox fere Leporis alpini.

4. \* MVS *Aspalax*. Mongolis *Monon-Zokor*. Russ.

**земляная медведка.**

*Magnitudo* paulò supra Talpam. *Caput* magnum, crassum, ovatum, rostro obtuso; *nasus* latus, fossorius, supra corio convexo nudo loricatus, paulò ultra maxillam inferiorem productus. *Mystaces* exiles. *Dentes* primores fulvi, superiores apice latiores, cestriiformes, inferiores rotundati, intense fulvi. *Oculi* minusculi, sat conspicui. *Auriculae* plane nullae, apertura vellere occultata. *Corpus* breue, depressum; artus perbreues, robustissimi antichi: *palmas*

*palmae* pentadactylae, maximae, fossoriae, nudiusculae, *digitis* Quadratribus intermediis maioribus: in his *ungues* praesertim medii et *pedia*, exterioris maximi; interioris tenuior, subulatus (vt in Mani); *plantae* pentadactylae, mediocres. *Cauda* breuissima, nudiuscula. *Vellus* rude, gryseo-cinereum, subtus cinerascens; in quibusdam macula frontis alba.

In conuallibus apricis Dauriae et ad Ienifeam frequens, cuniculis Tub terra obambulans, cumulosque terrae per intervalla egestans, vti Talpa. *Vitrus* e bulbis Lil. pomponii et Erythronii.

4. MVS *oeconomus*. Buraeto-Mongolis *Vrugundshi-Cholgond*. Iacutis *Kutujach*.

*Magnitudo*, praesertim foeminiſ, multo supra M. terrestrem; *facies* ceteroquin simillima et *color* idem, sed *velleris* natura tenerior atque nitidior. *Auriculae* minimae, plane nudae, anterius deficientes & meatum auditorium non cingentes. *Cauda* paulo longior quam in M. terrestri, totusque truncus plane elongatus. *Palmae* vnguiculo pollicari minimo, obtuso.

Per omnem Sibiriam etiam in borealibus, et ad orientem vsque in Kamtschatkam vulgatissima, propterque promptuaria radicibus repleta, celeberrima species. Certis locis et annis turmatim migrat, praesertim e Kamtschatka.

5. LANIVS *brachyurus*.

*Magnitudo* Collurionis. *Caput* supra ferrugineo gryseum, AVES. superciliis albidis, *fascia* nigra a rostro per oculos ad aures vsque ducta. *Corpus* supra gryseo-cinereum, vropygio ferruginescente, subtus lutescente-albidum; gula, crissum fere alba. *Alae* nigricantes, tectricibus apice griseo-marginatis. *Cauda* decempennis, corpore breuior, rotundata, gryseo-fusca, reetricibus, praeter medias, apice albis. — In rupestribus Dauriae rarior auis.

6. LANIVS *phoenicurus*.

*Magnitudo* et facies Collurionis. *Corpus* supra gryseorufescens, fascia per oculos nigricante; subtus lutescente-albidum. *Cauda* longa, rotundata, tota cum vropygio intense rufa.

In rupestribus ad Ononem semel obseruata vere; sed specimen periit, antequam accuratior descriptio fieri posset.

Zus.

7. CORVVS *Cyanus*. Russ. со́рока сивая́ vel ро́нжа.  
Mongolo-Dauris. *Chadard*.

*Magnitudo* Corui infausti, quem plumarum rara textura imitatur, sed proportione artuum, habitu, moribus Picae fariae simillima. *Vertex* vsque in ceruicem ater, nitidus. *Corpus* cinereum, subtus albidius. *Alae*, *caudaque* cyanei, pulcherrimi coloris. *Rectrices* longissimae, maiori etiam proportione, quam in Pica, gradatim breuiores, intermediae apice albae. — Timidissima avis, in Dauriam gregaria aduentat Aprili, atque instar vulgaris Picae in arbutis et salicetis versatur atque nidificat; aequae astuta et clamosa.

8. CORVVS *dauricus*. Russis перга́я га́лка. Mongolo-Buraetis *Alabtu*.

*Magnitudo* Monedulae, cui forma simillima, nec tamen varietas. *Vertex* coeruleo-ater; *Ceruix*, iugulum et pectus alba; *Gula* per collum producte atra, vt et reliquum corpus totum. *Alae* caudaque virescenti nitore.

β. *Varietas* fere tota nigra, ceruice iuguloque fuscis, non infrequens inter turmas prius descriptarum.

Verè primo magnis gregibus ex australiore Mongolia Chinaque aduolat, in regiones circa Baikalem sitas, circa oppida et pagos vsque ad Lenam frequentissima, vbi rarior Monedula, et rarissima Cornix.

9. TVRDVS *ruficollis*.

*Magnitudo* Turdi visciuari. *Color* supra vt in eodem. *Subtus* collum iugulumque totum intense rufum, pectus et abdomen alba, immaculata. *Cauda* aequalis, rufa, rectricibus duabus intermediis cinereis.

Habitat in summis iugis Dauriae laryceto obfritis, Martio aduentans.

10. TVRDVS *fibiricus*.

*Magnitudo* infra praecedentem. *Os* flauum. *Corpus* nigrum. Supercilia et tractus sub alis alba.

In syluis alpinis et borealioribus Sibiriae rarissimus, canorus, Empetri baccis inhians.

II. GRACVLA *sturnina*.

Aues.

Speciosa avis; *Magnitudine* Ampelidis garrulae, brachyura. *Corpus* canum, *macula* verticis. dorsumque inter alas pulcherrime violaceo-atra, *alae caudaque* cum viridi nitore. *Striga* gemina per alas alba. — *Femina* decolor, fordide cinerea, dorso fusco, alis caudaque sine splendore atris.

In salicetis Dauriae australioris, circa Ononem et Argum, nec alibi obseruata. *Nido*, ouiumque colore Sturni aemula, vti et habitu.

II \*. MVSCICAPA *Aëdon*. Russis in Dauria чокчорк.

*Magnitudo* fere et color Turdi arundinacei, a quo tamen diuersissima; Subtus flavescenti-alba. *Rostrum* basi depressiusculum, *setis* insignibus vibrissatum, quod in Muscicapis familiare. *Cauda* cinereo-fuscescens, elongata, reatricibus intermediis subaequalibus, extima vtrinque longe breuiore.

In rupestribus, apricis Dauriae crebra, canora etiam noctu, carmine suauissimo, Lusciniae maioris, quae in Sibiria orientali deest, aemulo.

12. MOTACILLA *montanella*.

*Magnitudo* paulo supra Rubetram. *Caput* vertice fusconigrum; *striga* superciliaris et gula ochrea, alii alba; *aures* nigrae, areola canescente. *Dorsum* subtestaceum lituris fuscis. *Subtus* tota pallide ochrea, iuguli plumis basi fuscis. *Alae* fuscae, pennis extus subgryseis, tectricibus secundariis apice albis. *Cauda* longiuscula, cinerascens, reatricibus 2 mediis et extima vtrinque breuioribus.

Aduentat in Dauriam Februario, turmis Coccothraustum immixta; ad Abakanum rarior.

13. MOTACILLA *aurea*.

*Magnitudo* Phoenicuri, sed procerior. *Vertex* cum ceruice canus, *frons* exalbida. *Gula*, collumque subtus late atra. *Dorsum* alaeque nigrae, haec area triangulari alba. *Subtus* avis tota intense fulua. *Cauda* fulua, reatricibus duabus intermediis nigra.

Aves.

In salicetis circa Selengam et collaterales fluuios, vsque ad Sinarum fines, ab Aprilis, vulgaris auicula, pagos familiariter frequentans.

14. MOTACILLA *citreola*.

Proxime affinis Mot. flauae, quae paulo maior, et (si varietas), saltem constans, vt videtur. *Caput* totum, collum et auis subtus tota: citrina flauedine tincta. *Cerui* media *lunula* ocellari nigricante, indeque dorsum totum coerulecente - cinereum. *Alae* caudaque ferme vt in M. flaua, cum qua simul aduentat, similesque habet mores.

In Sibiria orientaliore frequens, rarior minorque in Russia.

15. MOTACILLA *campestris*.

*Magnitudo* et facies M. flauae. *Supra* tota cinereo-virescit, vropygium viridius. *Ductus* supraciliaris, cum palpebris, albidoflaet. *Gula* et crissum pallidissime, reliqua subtus intensius flavescent. *Annulus* gulam cingens e punctis lituratis, saepe obsoletissimus, praesertim foeminis. Pennae alarum albedo marginatae. *Cauda* longa, aequalis, reetricibus vtrinque duabus albis, interiore margine nigris. Ad nucham vtrinque pili aliquot ultra plumas eminent.

Frequens in desertis graminosis, siccis, inter gramina cursitans, vt saepe murem mentiat. Videtur esse Mot. *boarula*, SCOPOL. *An.* 1 p. 154. LIN. *Mantiss.* p. 527. Motacilla cinerea WILLVGHEBII. Sed EDWARDSI icon (tab. 258.) aliena.

16. MOTACILLA *Melanope*.

*Habitus* Mot. flauae, sed pedes minores, cauda fere longior, ipsaque paulo minor. *Caput* et *supra* tota coerulecenti cinerea. *Linea* superciliaris a rostro ad tempora alba, sub qua lora nigra; tum linea alba a rictu per collum vtrinque longitudinalis; interque has gula vsque ad jugulum nigra. Reliqua subtus flaua. *Cauda* longissima, aequalis; reetricibus vtrinque tres albae, praeter extimam margine externo nigrae.

In Dauria circa ripas glareosas rarius occurrit, neque in occidentalioribus visa. EDWARDSI icon (tab. 259.) hanc ipsam videtur exprimere, et a praecedente admodum differt.

17. MOTACILLA *Calliope*.

Aves.

*Magnitudo* supra Phoenicurum. *Corpus* colore Lusciniae, fubtus flauifcenti-album. Gula pulcherrima, splendide cinnabarei coloris, vtrinque fupitata linea a roftro ducta nigra et alba. *Lora* item nigra, ftriga fuperciliaris alba. *Cauda* mediocris, rotundata, dorfo concolor. — *Pulli* ante completum annum gula fimpliciter alba ignobiles.

Saliceta denfiffima colit, circa fluenta alpina, a Ienifea ufque ad Lenam; in fummis arborum viminibus fuauiffime canora.

18. MOTACILLA *Cyane*.

*Magnitudo* praecedentis. *Supra* tota, cum alis caudaque faturate cyanea; *Subtus* niue candidior. A roftro ad alas colores diftinguit ftriga atra. *Proportiones* Currucae.

In Dauuriae extremis campis inter Ononem et Argunum rarius obferuata vere. Proxime affinis Mot. coeruleae (EDWARD. *glean. II. p. 194. tab. 302.*) americanae, quae ftriga fuperciliaris atra, reftricibusque lateralibus albis praecipue differt.

19. ALAVDA *mongolica*.

*Magnitudo* etiam fupra Calandram veram (\*), cui fumopere affinis. *Roftrum* craffum, vt in *Al. nigra*. *Caput* cum ceruice ferrugineum: intenfus vertex, *vitta* alba annulari cinctus, media *macula* alba. *Iugulum* area magna, biloba, nigra. Reliqua fere Calandrae. *Vnguis* pofticus digito fere breuior, fed craffus, reftus, triqueter.

In campis faljis inter Ononem et Argunum abundat, humi cantillans fuauiter.

20. EMBERIZA *pufilla*.

*Magnitudine* vix Spino aequalis. *Caput* fupra et lateribus longitudinaliter varium fafcis quinque teftaceis, interieftisque ni-

III. Theils 2tes Buch.

T t t t

grls

(\*) Die im 2ten Theil diefer Nachrichten, Anh. Num. 15 \*. zweifelhaft, als die Calander befchriebne Lerche ift eine eigne, von der wahren Calander, (die mir nachmals an der Sarpa und Achuba oft genug vor Augen gewesen,) noch mehr, als die hier befchriebne, unterfchiedne Gattung.



*Desc.* gris quattuor. *Dorsum* passerini coloris; *subtus* albida, iugulo liturato.

Circa riuos montanos et in larycetis frigidis circa torrentes alpium Dauuricarum frequens.

21. EMBERIZA *rustica*.

*Magnitudo* Schoenicii. *Caput* nigrum, *fasciis* tribus longitudinalibus albis, quarum vna per medium verticem, laterales supra-oculares; *Gula* quoque alba. *Cervix* humerique ferruginei; *Dorsum* passerini coloris. *Subtus* alba, iugulo punctis testaceis. *Reliquae* vtrinque 2 extimae oblique albae.

In falicetis Dauuriae iam Martio mensē frequens.

22. EMBERIZA *fucata*.

*Magnitudo* Ciae. *Vertex* cum parte cervicis cano-cinereus, rhachibus fuscis. *Supercilia* lineaque infra oculos alba. *Macula* aurium orbiculata rufa. *Collum* subtus album, circum maculoso fusco gulam includente. Reliquo corpori color passerinus.

Ad Ononem et Ingodam in ripis, insulisque faliceto oblitis copiose viuit; Aprilis demum aduentans.

23. EMBERIZA *rutila*.

*Magnitudo* Citrinellae. *Caput*, collum totum et dorsum intense sanguineo-rufa; *subtus* flauedo sulphurea. *Alae* passerini coloris. *Femina* magis decolor.

In falicetis ad Ononem, versusque Mongoliae fines, rarius obseruata.

24. EMBERIZA *spodocephala*.

*Magnitudo* Schoenicii. *Caput* et collum totum, vsque ad pectus cano-cinerea; *plumulae* circa rostrum nigrae. *Pectus* et abdomen pallidissime flaua. Ceterum color passerinus.

Circa torrentes Alpium Dauuricarum parcius occurrit vere.

25. EMBERIZA *chrysophrys*.

*Magnitudo* Citrinellae. *Capitis vertex* niger, *linea* vtrinque superciliari citrina, *fasciaque* alba a medio verticis ad nucham. Reliquus color fere passerinus. Obseruata cum praecedente.

26. FRINGILLA rosea.

Aues.

*Magnitudo* Montifringillae. *Rostrum* Linariae. *Caput* roseum, plumis versus rostrum quasi argenteo candore incrustatis, vt in *Loxia sibirica* (*Vol. II. App. n. 24.*). *Collum* subtus, vropygiumque dilutius rosea; pectus obsolete; dorsum roseo-albidum, lituris gryseofuscescentibus, vt in *Linaria*. *Alae* caudaque nigricant, rectrices exteriore margine roseae.

Rarior et solitaria in falicetis ad Vdam et Selengam occurrit.

27. TETRAO arenaria. Russis степной голубь.

Tataris *Dsherak* (\*).

*Magnitudo* supra *Perdicem*, *habitus* et *rostrum* *Alchatae*. In *Mare*: *Caput* et *collum* vsque ad prolobum canescunt; *gula* fulva, triangulo atro sub colli medio terminata. *Dorsum* albido, fusco, luteoque varium. *Circulus* niger iugulum a pectore albido dirimit; sed abdomen et crissum atra. — *Femina* tota pallidoflauescens, nigro guttata atque variegata; *Circulus* iuguli, lunula gulae, et abdomen nigrum, vt in mare. *Alae* in vtroque sexu elongatae, acutissimae, vt in *T. paradoxa* (*Vol. II. App. num. 25.*). *Cauda* acuta, rectricum sedecim. *Pedes* paruuli, tibiis antice fere vsque ad digitos plumosis, postico verruciformi; vngue subulato, ceu calcare prominulo.

Habitat in arenis circa Volgam, Astragalorum feminibus victitans.

28. CHARADRIUS hypomelus. Trynga heluetica LIN.

*Syst. Ed. XII. p. 250. sp. 12. ex Briffonio.*

*Magnitudo* *Tryngae* variae LIN. et pariter, vt ista (cumque *Vanello*), ad *Charadrios* referenda, licet postici digiti rudimento exiguo instructa. Est ad *Char. apicarium*, vt *Tr. varia* ad *Char. Pluuialem*. Subtus a gula ad crissum atra, fascia laterali alba a fronte vsque ad alas. *Dorsum* cinereum punctis albidis.

Et t t 2

Colit

(\*) Eine Abbildung und umständliche Beschreibung dieses Steppenhubnes erscheint nächstens im XIXten Theil der *Natur. Commentar. Acad. Petropol.* Hier habe ich nur vor die Leser, in deren Händen jenes Werk nicht ist, eine kurze Notiz davon geben wollen.

Anser.

Colit paludes borealis orae, cum Char. apricario aestate frequentissima, moribusque eidem simillima.

29. CHARADRIUS *mongolus*.

*Magnitudo* et forma Morinelli. *Frons* ad rostrum alba; hinc nigra; *Fascia* nigra, a rostro sensim dilatata, annulari linea cingit gulam niveam. *Collum* extra circulum, iugulumque ferruginea; pectus obsoletius; abdomen album. *Dorsum* cinereo-fuscescens, vt in Morinello.

Circa lacus falsos, versus Mongoliae fines non infrequens, solitarius.

30. RALLVS *puffillus*.

*Colore* et forma perquam similis Rallo aquatico; sed *magnitudo* Alaudae vulgaris. *Facies*, collum subtus et pectus medium longitudinaliter coerulescenti-cana, media gula candidat. *Litura* per oculos longitudinalis obsolete ferruginea. *Vertex*, cervix, dorsum ferrugineo nigroque liturata; *dorsum* lineolis longitudinalibus vagis albis. *Abdomen*, crissumque nigra, taeniolis albis transversis. *Cauda* inter alas compressa, arrigua. *Pedes* virefcentes.

Frequens, circa lacus falsos et arundineta Dauuriae.

31. TRYNGA *ruficollis*.

*Magnitudo* Alaudae vel Tr. Cincli, cui similitudine proxima. *Rostrum* capite breuius. *Caput* supra, collumque ferrugineo nigroque striata; *Subtus* collum totum ad pectus vsque intense ferrugineum. Caetera vt in Cinclo. *Pedes* nigri.

Frequens, cum Char. alexandrino, circa Lacus falsos Dauuriae campestris; vere gregaria.

32. ANSER *Cygnoides*, spontaneus. Mongolis. *Chongor-gatu* (Anser cygneus).

*Magnitudo* inter Cygnum et Anserem media. *Rostrum* nigrum; versus frontem rugosum, ascendens et biangulatum, non in tuber gibbum eleuatum. Struma gulae nulla. *Linea* circa basin rostri ferrugineo-alba. *Vertex*, *fascia*que supra per collum album longitudinalis testaceo-fusca. *Dorsum* et hypochondria cinereo-fusca, marginibus plumarum gryseo-albidis squamata.

*Subtus*.

*Subtus corpus albidum; crissum testricesque caudae albae. Pedes Anser. coccineo - rubri.*

Frequens circa Lacus maiores et flumina Sibiriae orientalis.

33. ANSER *ruficollis*. Officiis *Tschakwoi* (a voce); Samoiedis *Tschagu* (\*).

*Magnitudo* et *facies* A. canadensis. *Rostrum* parvulum conico-obtusum, nigrum. *Caput* antice, verticeque et *cervix* longitudinaliter nigra. *Macula* vtrinque inter rostrum et oculum ovalis alba. *Area* magna parotica, ovali-rhombica, rufa, inclusa linea alba secundum collum vtrinque descendente, iugulumque cingente, intra quam collum iugulumque totum intense rufa. *Dorsum alaeque* nigra, hae striga gemina alba. *Abdomen* album. *Pedes* fulci.

In boreali ora Sibiriae passim vulgaris.

34. ANAS *falcaria*. Russis *кочаѣ*. Mongolis *Bord-Nogoffun* et *Char-tologoi-Nogoffun*.

E speciosissimis sui generis. *Magnitudo* Penelopis. *Macula* frontis minuta alba. *Vertex* longitudinaliter testaceus; reliquum caput totum viridi-sericeum, variabili splendidoque nitore, lateribus quasi cupreum. *Crista* a capite per cervicem longitudinalis, argute compressa, anguloque descendente terminata. *Gula* alba, continuaque fascia collum cingens infra cristam, in qua *torquis* virescente-atra. Reliquum *corpus* cano fulcoque variegatum pulcherrime, anterius squamatum circulis, in dorso lateribusque tenuissime undulatum. *Subcaudales* medio atrae, vtrinque candidae. *Speculum* atare chalybeato-atrum, albo-marginatum. *Remiges* quinque interiores elongatae, deorsum *falcatae*, violaceo-alboque virgatae.

Et t t 3

In

(\*) Da eine Abbildung und genaue Beschreibung dieser schönen Gans im 6ten Fascicul meiner Spiellegorum Zoolog. zu finden ist, so rücker ich nur um der Vollständigkeit willen und um die Leser nicht auf ein andres Buch verweisen zu dürfen, eine kurze Beschreibung derselben auch hier mit ein.

*Aves.* In aquis Sibiriae orientalis, praesertim Dauuriae frequens, ex austro migrans.

35. *LARVS minutus.*

*Magnitudo* Turdi visciuari. *Rostrum* e fusco rubrum. *Caput* totum, cum initio colli atrum. *Irides* coeruleo-tescentes. *Corpus* niueum, dorso, alisque leucophaeis. *Remiges* apice albae, nigredine nulla. *Cauda* aequalis alba. *Pedes* coccinei. *Proportiones* Lari Atricillae.

Circa alueos maiorum Sibiriae fluminum, et in Russia quoque australiori passim, sed rarius obseruatur.

AMPHIBIA.

36. *LACERTA mystacea. Tab. V. fig. 1.*

*Magnitudo* adultis fere supra Gekkonem. *Caput* retusum. Anguli oris dilatati vtrinque in *Cristam* semiorbiculatam mollem, extus punctis scabram, margine dentatam, in viuo animale sanguine turgescens. *Parotides* vtrinque muricatae; plica gulae transuersa subgemella. *Corpus* ventricosum, depressum, cum cauda totum punctis acute prominulis scabrum, quae maiora in pedibus. *Caudae* latera (in tractu vtrinque longitudinali) callulis muricata. *Digiti* pedum unguiculati, intermedii tres serrati, duo bifariam, interior vno versu. *Color* supra cinereo et lutescente nebulosus, atomis creberrimis fuscis; *subtus* fordide albus, litura sterni apiceque caudae subtus atris.

In collibus arenosis Naryn, vsq; et in deserti Comani sabuletis non infrequens.

37. *LACERTA apoda* (\*). Cosaccis ad Terekum тлухарь і.в. *Surdaster* (quod nonnisi proxime accedentem fugit) et ГОЛОСЪЧЬ (ob capitis magnitudinem).

*Forma* Anguis et pedes nulli, sed vere Lacerta. *Caput* corpore crassius, lingua, dentibus obtusis, oculis palpebratis, aurium aperturis insignibus, vt Lacertam decet. *Corpus* a capite ad anum cylindricum, squamis ossis loricatum, digestis in annulos, tractu vtrin-

(\*) Von diesem sonderbaren Geschöpf findet man auch eine genauere Beschreibung im 19ten Theil der *Nouor. Commentar. Petropolitanoꝝ*.

utrinque laterali, molli interruptis. *Pedunculus* utrinque ad anum, *Amphibia*.  
*subdidactylus*, minimus. *Cauda* corpore multo longior, rigidissima, fragilis, adtenuata, squamis seriatis, argute carinatis, multangulo-prismatica. *Color* pallidus. *Anatome* Lacertae, non Anguis.

Habitat in conuallibus herbidis deserti Naryn et ad Sarpam, Kumam, Terekum fluuios.

38. GOLVBER *Hals*.

Brevior crassiorque et magis toruus. C. Bero, squamis subcarinatis confertis horridus. *Caput* subcordatum, *telis* in ore. *Color* pallide gryseus, maculis transuersis oliuaceo-fuscis, minoribusque versus latera; subtus pallidus. *Scuta* 164. Squamarum subca: dalium paria 34. *Cauda*  $\frac{1}{2}$  totius longitudinis.

In aridissimis deserti australis rarius occurrit, proque maxime venenoso habetur.

39. CYPRINVS *Labeo*. Russis in Dauria *кoнб* (Equus). PISCES.

*Magnitudo* vlnari semper minor. *Caput* crassum, rostro conico, obtuso, subcarnoso; *O*: sub rostro, fere acipenserinum. *Oculi* maiusculi, *iridibus* flauo-argenteis. *Corpus* teretiufculum, subcompressum, macrolepidotum. *Radii* membranae branchiostegae 3; *pinnarum*: dorsalis 8, (quorum primus robustus, osseus, incanus); pectoralium 19; ventralium 9; ani 7. *Pinnae* pectorales, ventrales et analis rubrae. *Cauda* bifurca fusca.

In fluuiis saxosis, rapidis, versus Oceanum orientalem tendentibus frequens piscis atque sapidissimus; Notat gregatim et velocissime, vnde nomen Russicum et captura difficilis.

40. CYPRINVS *leptocephalus*. Russis in Dauria *краснопер*.

*Magnitudo* praecedentis. *Corpore* Coregonum refert, capite subsimilis Esoci. *Rostrum* valde productum, depressum, rotundatum, maxilla inferiore longiore. *Irides* flauescenti-argenteae. *Squamae* mediocres. *Pinnae*, praeter dorsalem, omnes rubrae, cauda obscurius. *Radii* membranae br: 3. *pinnarum* pectoralium 20; ventralium 10; analis 9; dorsalis 8. *Cauda* bifurca.

Habitat cum praecedente, tardior et captu facilis.

Piscos.

41. CYPRINVS *sericeus*.

*Minutus*, sesquipollicaris, adeoque vix *Aphya maior*; sed latior, *forma* Carassii. *Color* maxime in viuo splendidissimus, coerulefcenti, vel violascenti-argenteus, versus abdomen pallide roseus. *Striga* vtrinque versus caudam latiuscula, longitudinalis viridi-cyanea, subargentea. *Pinnæ* ventrales et analis cinnabarinæ, apice atrae. *Cauda* fusco rubens. *Radii* pinnae dorsalis 10. ani 11. *Irides* aureae, litura supra pupillam miniacea.

In aquis pigris Dauuriae copiosissimus pisciculus.

41 \*. CYPRINVS *clupeoides*. (\*) Russis ad Terecum жирная рыба (Piscis pinguis), in Dauuria востробрюшка.

*Magnitudo* paulo supra Harengum, eoque latior aliquantum et obesior. *Caput* cyprinaceum compressum. *Maxilla* inferior longior, obtuse carinata, apice obtuso, conoideo prominula; superiores *laminae mystaceae* exiles, sinu reconditæ. *Membranae branchialis* radii lati 3. *Oculi* maiusculi, *iride* flauo-argentea. *Corpus* lanceolatum, compressum, submacrolepidotum, argentatum, abdominis carina conuexa, sed in siccatis arguta. *Linea lateralis* a capite descendens, hinc vsque ad caudam abdomini propior et parallela. *Pinna dorsalis* pone æquilibrium, nouemradiata; *analis* posterior rad. 17. pectorales 17, ventrales 9. *Appendix* lanceolata ad ventrales pinnas, vt in Coregonis. *Cauda* bifurca fuscescens, vt pinnæ reliquæ. — Sic in pisce Caspio, quotannis hyeme per Terecum anadromo.

ß. Siccatum piscem *Argunensem* (Conf. pag. 427.) nuperrime misit Amicus Selengienfis, qui collatus per omnia simillimus est visus, etiam situ pinnarum et numero plerarumque. Sed pinna ani radiorum 20. et carina ventralis paulo magis rectilinea, quam in Terekiensi; Magnitudo haud multo supra spithamaeam. Neque tamen specie distinctum dixerim.

(\*) Ich habe hier eine kurze Beschreibung dieses Fisches beigelegt um wieder meine Leser nicht auf die *Nou. Commentar Petrop.* verweisen zu dürfen, wo derselbe im *XVten* Theil S. 540. und folg. von Herrn Professor Galdenstädt sehr genau beschrieben ist.

42. SALMO (Coreg.) *Schokur*. Ostiacis *Schokor*. Samoiedis *Hidrischä*. Pisces.

Bipedalis, simillimus S. Lauareto sed maior pauloque latior, capite minus compresso, rostro obtusiore, rotundato, obsolete bituberculato. *Lamina mystacea magna*, ut in Lauareto. *Dorsum versus pinnam anteriorem angulatum*. *Radii membr. branchiostegae* 9. pinn. pectoralium 17. ventralium 11. ani 14. dorsi 12. *Appendiculae* ad ventrales pinnas breues obtusae.

43. SALMO an *Lauareti* varietas? Ostiacis *Pidschian*. Samoiedis *Polcur*.

Bispithamalis, Lauareto latior, et dorso inde a nucha gibbo diuersus. *Irides* flauo-argenteae. *Radii membr. branchiostegae* 10. pinn. pectoralium 14. dorsalis 13. ventralium 11. ani 16. *Appendices* ad ventrales pinnas longiores, triquetrae, acutae.

β. *Varietas* alia, Ostiacis *Muchsun*. Samoiedis *Sjumbunga*. Sola latitudine, atque gibbositate dorsi subangulati differt. Pinna ani radiorum vulgo 14. — Hi licet inter se et cum praecedente (n. 42.) proxime conuenire videantur, omnibusque partibus et radiorum numero admodum consentiant, distinctis tamen turris capiuntur et circumcaesura constanter differunt.

44. SALMO (Coreg.) *Nafus*. Russis чупб. Ostiacis *Kegchull*. Samoiedis *Chychalle*.

*Magnitudo* sesquipedalis; *forma* Lauareti. *Caput* corpore crassius, vix compressum, maxilla superiore longiore, vsque ad oculos gibba, conuexa, obtusa. *Corpus* macrolepidotum, latiusculum, crassum, dorso versus pinnam angulato. *Radii membr. branchiostegae* 8-9. pinn. pectoralium 18. ventralium 11-13. ani 13. dorsi 12. *Appendices* ad ventrales breuissimae, triquetrae. *Cauda* bifurca.

Cum praecedentibus Obensis aluei anadroma species, sed ultra Sinum Obensem non ascendit.

45. SALMO (Coreg.) *autumnalis*. Russis омыаб. Samoiedis *Saugchalle*.

*Corpus* subsesquipedale, obesum, compressum, dorso vix angulato. *Os* edentulum, maxilla inferiore longiore. *Hiatus* branchiarum



Pisces.

chiatum amplissimi unde mors extra aquam praesentissima. *Irides* pallide auratae. *Squamae* maiusculae, argentatae. *Radii* membr. branchiostegae 9. pinn. pectoralium 16. ventralium 12. ani 13. dorsi 11. *Appendices* ad ventrales magnae, longitudine fere dimidia pinnae. *Cauda* bifurca

Ex Oceano glaciali fluvios Petschoram et Ieniseam ascendit; per Angaram in Baicalem, perque Tubam fl. in Madfharem lacum delata, eorundem alveis multiplicata est, indeque per fluenta, secundaria migrat autumnno immensis copiis.

46. SALMO (Truttac.) *Kundsha*. Russis кунжа.

Vulgo bipedalis, Erioci simillimus, sed *cauda* bifurca. — *Irides* flavo argenteae. *Color* argentatus; latera supra, pauloque infra lineam lateralem coerulescunt, guttis albis, sparsis. *Radii* membr. branchiostegae 11. pinn. pectoralium 14. ventralium 9. ani 10. dorsalis 11-12. Adiposa parva, ferrata. *Appendix* ad ventrales dimidia pinnarum longitudine.

In sinibus Oceani arctici aestate abundat, fluvios non subintrans.

47. SALMO (Truttac.) *arcticus*.

*Longitudo* digitalis; *forma* Thymalli iunioris. *Caput* vix compressum, fronte plana, rugis tribus longitudinalibus porcata. *Rostrum* rotundatum, simulum, maxillis subaequalibus. *Irides* argenteae. *Corpus* microlepidotum, argentatum, punctis lineolisque fuscis, per quatuor utrinque series digitalis. *Radii* membr. branch. 9. pinn. pectoralium 16. ani 16. dorsalis 18. *Cauda* bifurca.

In rivulis saxosis ingi arctici frequentissima species.

48. PLEVRONECTES *glacialis*.

Dodrantis, facie Flosi. *Oculi* a latere dextro fusco, subaspero; *Latus* album laeue. *Spinnae* nullae, nec ad pinnas, neque in linea laterali. *Tractus* capitis osseus, pone oculos prominulus, scaber, sed non in tubercula diivsus. *Radii* medii pinnae dorsi anique a latere fusco quasi spinulis minutissimis hispidati. *Radii* p. dorsi 56. ani 39.

Frequens in oris arenosis Oceani glacialis.

49. CALLIONYMVS *baikalensis*. Russis ГОЛОМЯНКА. *Pisces.*

Dodrantatis, totus mollis et infirmus, oleo diffluens. *Caput* magnum, basi subtetragonum, vertice plano, temporum carina bituberculata. *Rostrum* latum, plagioplateum. *Os* amplissimum; *maxillarum* margo crassus, vncinulis confertis scaber, inferior apice glabro, subacuto prominula. *Membrana* branch. laxa, sexradiata, radiis remotissimis, cartilagineis. *Oculi* maiusculi, ad frontem; nigri. *Corpus* alepidotum fluxum, gracile, a capite sensim decrescens, compressiusculum. *P. pectorales* laxae, longissimae, dimidio corpori aequales, rad. 13. tenuissimis, rigidis. *Ventrals* nullae! *Dorsalis* prior minima, octoradiata; *secunda* radiis rigidioribus, extremo quasi cirriferis 28. quorum 15 longissimi. *P. ani* huic opposita rad. 32. quorum 2-16 longissimi. *Linea* lateralis dorso propior. *Cauda* pinnis robustior, biloba, radiorum 13.

Habitat in abyssu Lacus Baikalis, vnde aestiuus tempestatibus exturbata, cateruatim in littora subinde egeritur.

50. SCARABAEVS *Ammon.*

Sc. stercoreario paulo maior, circumscriptione simillimus. **INSECTAS**  
Totus aterrimus, nitidus. *Maxillae* prominentes, simae, apice bifidae, exteriusque dente insigni adfurgente, vnde aliqua affinitas cum Lucanis. *Clypeus* convexus, scutellum cordatum. *Elytra* fulcata. — *Mas* cornu frontis surrecto, thoracisque aattrorsum protenso, subulatis, longissimis. *Femuram* descripsi *Vol. I. Append. n. 22.* nondum nota Masculi conformatione.

In arenis Naryn ineunte aestate abunde, vbicunque pascuntur equi, noctu conuolat.

51. TENEBRIO *echinatus.*

Apterus, totus ater, magnitudine supra T. mortifagum, eoque crassior siue breuior. *Elytra* connata, exterius angulata, verruculis acute prominulis, crebris muricata, postice sensim obsolescentibus. *Tibiae* primores latae, exteriori margine denticulatae, reliquae ciliatae.

In sabuletis, cum praecedenti, frequens.

52. CARABVS *bucida.*

E maximis sui generis, magnitudine et circumcaesura sub-  
**similis** Lucano interrupto, Carabisque minoribus tenebrionoidis.

Insecta.

*Longitudo* 1" 6''' . Totus aterrimus, nitidus, politissimus. *Caput* magnū, quadratum, maxillis forcipatis maximis, valide dentatis. *Thorax* cordatus, postice adtenuatus, et collo quasi distinctus ab alio. *Elytra* hirsuta laevigatis arata, coadunata; adeoque alae nullae. *Pedes* breves, tibiis extremitate dentatis, primores palmato-digittatis (ut Lucani), reliqui pilis ferrugineis ciliati.

In sabuleto Naryn, sub stercore sicco vel cuniculis arenae solidatae latens, nec alibi usquam repertus. Reverso semper et arrecto capite morsum minatur, quem venenatum ferunt. Alias tardiusculus.

## 52. \* BVPRESTIS cariosa.

*Magnitudo* inter B. giganteam et marianam media; *forma* postis posterioris, depressa, durissima, nigra, nitida. *Thorax* corpore haud latior; supra albido cariosus, relictiis areolis laevigatis a ad caput, totidem orbicularis in disco, tribus ad posticum marginem; quarum mediae insculptum punctum cordatum, profunde excauatum. *Elytra* obtusa, striis grossius punctatis, sparsisque lituris albido cariosis, passim inauratis.

In arenis deserti Cumani circa Rh. Cotinum florentem frequens.

## 53. GRYLLVS Onor. (\*). Mongolis, Goldh.

*Magnitudo* infra Gryllum Pupum, cui forma assimilatur. *Thorax* tetragonus, scuto supra plano, scabro, versus caput utrinque profunde inciso, postice rotundato retuso. *Alarum* in utroque sexu vestigia nulla. *Pedes* postici debiles, mediis non multo maiores, vnde saltus nullus, sed incessus araneosus. *Ensis* feminis abdomine longior. *Color* albido-cinereus, fusco variegatus.

Circa frutices Robiniae Caraganae copiosissimum in regionibus Transbaikalensibus Mongoliae insectum, Sinenibus edule, licet Gordiis frequenter tetrum.

(\*) Was ich oben bey der Rothhals Gans (Anser ruficollis n. 33.) in der Note erinnert, gilt auch von diesem Insect. Es steht im 9ten Fascicul der angef. Spicilegien S. 17. beschrieben u. ist Tab. 2. fig. 1. abgebildet.

54. ONISCUS *maricatus*; (\*).

Insecta.

*Magnitudo* fere Squillae vulgaris, sed conformatio quae Oniscis squilliformibus reliquis. *Segmenta* corporis septem, caudae tria priora vtrinque ad dorsum aculeo conico mucronata. *Pedes* 4. priores cheliferi, primi minores. *Cauda* stylis sex terminata, quorum duo medii breuiores, crassioresque. *Color* viui cinerascens albicus; siccati, cocti, vel aliquo re spirituofo conditi coccineus.

In Angara inferiore circa morticina et quisquiliae aquae infectas colligitur copiose.

55. ONISCUS *trachurus*.

Praecedente minor, sed reliquis O. squilliformibus maior. *Corpus* laeve, politissimum. *Segmenta* caudae a dorso rugis vagis, quae fetalis rigidis seriatim obsitae sunt, hispida et asperata. *Pedes* sex primores cheliferi, pollicis tantum quatuor retroversi, itque subpilosi. *Styli* caudae vtrinque duo ipsam caudam non excedentes, (vt foler) bifurci, medii maximi, subulati, cornei.

Abundat in ripis saxosis Baikalis, destinata Coregonis esca.

56. MONOCVLVS *arcticus*.

Simillimus *Monoculo* apodi minori, cui foliolum inter setas caudales (SCHAEFER.) sed scutum tenuissimum, pellucidum, stria longitudinali subangulatum incisura postica subtilissime denticulatum; et foliolum inter setas breuissimum, minus complanatum, hispidulum.

Copiosissimum Insectum in Lacubus orae glacialis Sibiriae, auib. aquaticis solemne pabulum.

57. ASCIDIA *globularis*.

*Corpus* magnitudine Cerasti, ex ouali sphaericum, pedunculo breuissimo supra vada arenosa vix non sessile. *Corium*, quo constat, semipellucidum, duriusculum, epidermidis maceratae simile, extus laeve, arenulis adglutinatis obductum. *Aperturae* ad superum verticem binae, distantes, vix prominulae, respondentes sacco ventriculi folliculum intus totum explente.

In littoribus vadosis arenariis Oceani glacialis copiose generatur, facultate locomotiva destituta.

Uuuu 3

58.

(\* ) Auch hier von Gleditsch der *gre. Fascicul* der *Spizil. Zool.* p. 52. eine Beschreibung, wo aber die Abbildung im Kupfer schlecht ausgefallen, und sonderlich die Dornspitzen nicht ausgedrückt sind.

ZOOPHY-  
TA.58. SPONGIA *baikalenfis.*

Excrefcit in cylindros fubfequipedales, craffitie pollicis vel ultra, fubramofos et paffim inter fe confluentes, vel latos et fubpalmatos. *Subftantia* recenti mollufca, muco viridiffimo faturata, hiantibus tantum poris per interualla fparsis, composito-ftellaribus. Eloto muco textura fupereft tenerrima, albida, rigidior fragiliorque quam Sp. oculatae, elegantiffime fibrofa, fibris praecipuis a medulla diuergentibus.

Prouenit copiofe in rupibus Baikalis lacus in profunditate plurium orgyrum.

59. CONFERVA? *muculenta.*

*Stirps* viridiffima, mollis, *filamentis* ramofo-adtenuatis, tenuiter articulatis, in digitem fere longitudinem excrefcens, tota obfita fetulis verticillatim pofitis, itidem articulatis, incuruulis. Maxime fingulare, quod tota stirps inuoluta fit muco hyalino, qui fpiritus frumenti, cui indita fuerit planta, infignem quantitatem in mucum fluidum, tenacem, vappidum mutat, et etiam bis renouatum corrumpit. Mihi animale quod fubeffe videbatur, mereturque in loco otiofius obseruari. Stirps macerata mucoque liberata pallide gryfea, mucofa, hyemalibus fluctibus copiofe egeritur; talesque combuftae odorem animalẽ euidenter fpargebant. — Rupes in Baikale L. paffim totae excrefcencia illa, veluti panno, obductae vifuntur.

PLANTAE.

60. GYMNANDRA *borealis* (\*) Tab. A. fig. I.

Gerberia STELLERI in MSS. Veronica foliis infer. ouatis, crenatis, fuperioribus rotundis, mucronatis caule fpica terminato GMELIN *Fl. Sib. III. p. 219. n. 13.*

*Radix* perennis, fusca, craffitie calami, breuis, fubtransversa, fibras craffiufulas. lutescentes demittens, fupra terram membranæ

(\*) Als ich diese Pflanze in Sibirien erhielt und mit dem hier und oben S. 33. und 447. geb. acht in Rahmen belegte, wußte ich eben so wenig daß sie in den Stellerschen Papieren einen Namen bekommen hatte, als daß der Herr Prof. Gärtner selbige im 14ten Theil des *Nouor. Commentar. Petropol.*

branis testaceis scariofa; sapore subdulci, fatuo praedita. *Folia Plantae* crassiuscula, succulenta, glaberrima; minime glauca, radicalia constanter bina, maiuscula, longius petiolata, ouato-acuta, interdum subintegra, frequentius crenata. *Caulis* vulgo erectus, simplicissimus, dodrantalis, spiciferus, inferne nudus, versus spicam foliis vel duorum parium oppositis, vel quatuor usque ad florem alternis, sessilibus, ouatis, subferratis vel integris. *Spica florida* confertim imbricata, vix pollicaris (*Icon Gaertneri*), *grauida* triplo longior (*Tab. A. fig. 1.*); *bracteae* ad singulos flores sessiles, ouato-acutae coerulefcentes, venosae, calyce maiores. *Calyx* bracteis concolot subdiaphanus, sessilis, basi hinc gibbus, biangulatus compressus, inaequaliter truncato-tridentatus, dentibus lateralibus obtusangulis geminatis, infero acuto, altius discreto. *Corolla* parua, coerulea, ringens; *tubus* ceruus; *labia* parua, *superius* oblongum, obtusum, laterali margine vtrinque exferens denticulum setaceo-elongatum, pro filamentis, cui insidet anthera didyma, coerulea, inferius in Kamtschatica planta trifidum, laciniis linearibus diuaticis, subaequalibus (*fig. A. B.*), in Daurica bifidum (*fig. C.*). *Germen* ouatum; *stylus* corollae longior, *stigmatibus* capitato didymis. — Deflorata planta corollae cum antheris persistunt emaroidae, calyx augetur, viridescit, carinaque diffinditur (*fig. C.*). — *Capsula* (*fig. D.*) ouato-acuta, compressa, apice quadridentato dehiscens, vt in Pedicularibus; bilocularis, dissepimento ad latitudinem transuerso. *Semen* in singulo loculo vnicum, oblongum, vtrinque acutum, aliquot sulcis exaratum, luteum; matura Augusto. *Odor*, saporque nulli.

*Variet* praesertim foliis: *Nostrae* ex arcto et alpebus Dauriae adlatae, vt in Icone, saepe subintegra, vel obsolete crenata. *Stellerianae* plantae, inter Lenam et Oceanum lectae, graciliores; foliis

---

S. 533. Pl. 18. unter dem Nahmen *Lagotis glauca*, nach trocken Stellerschen Pflanzen beschrieben. Warum ich hier eine zweyte Beschreibung und Abbildung davon mittheile, wird man aus der in vorhergehenden Notizen gegebenen Ursachen begreifen; und dieses will ich auch hiermit, wegen einiger weitem unten vorkommenden Pflanzengattungen (Als Num. 69. 124. und 125.) welche am ist angeführten Orte gleichfalls beschrieben sind, erinnern haben.

Planta:

foliis lato-lanceolatis, serratis, spica tenui, floribus paucioribus distantibus, denticulis galeae in vera filamenta elongatis. *Kantshuticas* et in insula Beringii lectae vigentissimae, foliis latissimis, subrugosis, saepius cordatis, duplicato-crenatis, caule saepius adscendente, interdum vix digitali, spica conferta floridissima.

Aminat haec planta rupes caluas, frigidissimas, earumque boreate latus, vbi nulla alia planta viget.

*Ordinis* naturali, licet diandra, *Bartiac* et *Pedicularibus* proxima videtur.

61. *IRIS dichotoma*. Mongolis *Chaitfchi* (forfices). Tab. I. fig. 2.

*Iris dichotoma latifolia*, variegata procerior *Mosserschm.* apud *ARMAN.* *flor. p.* 103. n. 135.

*Radix* perennis horizontalis, vix digito minimo crassior, subnuda, multiceps, pallida, radiculis crebris descendens, subcris. (fig. C.) *Folia* radicalia ensiformia, alterne vaginantia, disticha. *Caulis* e vagina foliorum semilunaris vel ultra, teres (vix compressus), erectus, subflexuosus, aliquoties dichotomus, foliolo vno alteroue ad axillas. *Flores* terminales, e spatha diphylla binariaeque, raro quaterni, omnium congenerum minimi, dilute purpurascetes. *Petala* exteriora paulo maiora, villis vix conspicuis barbata, violascentia, albo punctata, interiora saturatiora, erecta, extremis latiuscula, biloba. *Stigmata* angusta, laciniis longis, acuminatis bifida. *Antherae* flavae. *Capsulae* succedunt maiusculae, obsoletius trigonae, acuminatae. Floret Julio. *Radix* contra odontalgiam adhibetur.

Abundat in rupestribus apricis totius *Dauriae* transalpinae, ab *Ingoda* ad *Argunum*.

62. *IRIS ventricosa* Tab. B. fig. 1.

*Radix* perennis, transuersa, multiceps, capitibus caespitans scariosis. propter copiosas foliorum atque vaginarum igne praeparatum reliquias, crassum fasciculum constituentes, e cuius medio quotannis noui caules cum foliis progerminant. *Folia* pauca, caule longiora, angustissima, lineari-ensiformia. *Caulis* simplex, dodrantalis e vagina folii, folio latiusculo, lanceolato-ensiformi, vaginante instructus, e quo prodit. *Spatha* ventricosa bifida, confinis glumis tribus latis, quibusformibus, acuminatis, quarum in-

stima tenuior. Flores tubo elongato eleuati, pallide coerulei; *pe-Plantae:*  
*tala* exteriora erecto-patula, oblonga, imberbia, interiora erecta,  
 oblongo-linearia, integra. *Stigmatis* lacinae petala aequantes, la-  
 ciniis sublinearibus bifidae. *Antherae* fuluescentes, filamentis lon-  
 giores. *Germen* intra spatham trigonum, lateribus sulco bipartitis.

Obseruata in vnica regione Dauuriae transalpinae, tractu  
 scilicet montano inter vallem Vrulungui et Argunum fl. versus  
 Sokuü, vbi copiosissime florebat versus medium Iunii.

63. IRIS *halophila* Tab. B. fig. 2. (Conf. Vol. II.

*Append. n. 99.*)

Descriptionem dedi l. c. Iconem addo. Differt a praecedenti statura proceriore, caule folioso, spatha minus ventricosa, corollis ipso germine insidentibus, petalis latioribus, extimis apice dilatatis, stigmatis laciniis breuibus, latiusculis, obtusis. Occurrit etiam in depressis deserti Comani.

64. IRIS *lactea*.

Sequenti facie tota adeo similis, vt pro varietate habuissem, nisi in eadem regione prouenientem legissem. Differt praesertim *foliis* latioribus, rigidioribus, magis striatis; *Scapo* magis exserto, *spathae* glumis maioribus, *pedunculis* florum longioribus, *germine* ad florem pedunculo haud crassiore, *flore* lacteo, minus pellucido, petalis externis arrectis, nec reflexis, interioribus (vt et stigmatate) minoribus, quam in sequente, cuius iconem adieci. *Filamenta* staminum item breuiora, *antherae* maiores, pallide flavae. *Stigmatis* lacinae minus argute bifidae. Paulo serius inflorescit, neque adeo magnos caespites constituit, sed paucos imo solitarios caules profert.

Obseruauit in desertis aridis circa lacum Tarei Dauuriae, initio Iunii primos flores exserentem.

65. IRIS an *spuria*? LIN. Tab. C. fig. 1. Russis ad Ieniseam  
 пискульникъ. Mongolis *Zakildyk*.

*Radix* horizontalis, polycephala, crassitie calami, areas circulares saepe vlnari diametro caespite occupans, crebris stolonibus scariosis profunde radicatis, erecta, insipida, in fauce ardens. *Folia* inter praegustas vaginarum reliquias crebra, rigidula, tempore florescentiae circiter spithamalia, lineari-ensiformia; autumno



*Plantae.*

scapis multoties longiora (saepe tripedalia), linearia. Scapi inter duo folia propria breviora, distincti a foliis prodeunt, ex eodem stolone plures (2-4), foliis semper breviores, ad summum digitales. Spatha angusta, plerumque biflora, rarius uniflora. Pedunculū florum, post efflorescentiam vaginis aequales. Flor in germine pollicari sessilis, dilute cyaneus; leui hyacinthino odore fragrans; petala exteriora reflexa, dilutiora, medio albida, venis saturatius coeruleis; interiora erecta, cum stigmate intensius colorata, lanceolata, integra. Stigmati lacinae medio neruo saturata, bifida, exterius dente notata. Germen duodecimstriatum, fulcis alternis profundioribus. Filamenta albida; antherae polline lacteae. — Capsulae magnae, fuscae, triquetro-sexangulatae, angulis carinatis. Semina testacea, subglobosa.

Abundat in depressis, glareosis, saepe efflorescentibus, ad Ieniseam inque regionibus transbaikalensibus; sub finem Maii floret, semina perficit autumno. Variat flore paulo saturatiore et exalbido.

## 66. IRIS tenuifolia. Tab. C. fig. 2.

Radix perennis, caespites orbiculares formans, ambitu capitibus stuposissimis assurgentes, fibris creberrimis radicatae. Folia subfolitaria, scapo multo longiora, angustissime linearia, simul crassiuscula, vtrinque convexa, striata. Scapus brevissimus, foliolo ensiformi vaginante exserens spatham bifloram, glumis tribus subaequalibus lanceolato-acuminatis factam. Floris germen intra spatham breviter pedunculatum, trigonum; Tubus albidus longitudine spathae elongatus; Corolla pallide coerulea, odore amoeno, caryophylleo fragans: petala longa, angusta, exteriora disco albida, coeruleo-venosa, arrecta, extremo reflexa; interiora laete coerulea, oblongo-linearia, integerrima, erecta, vix apice committentia. Stigma his concolorum, neruo saturatiore, profunde bifidum; laciniis apice crenatis, reflexis. Stamina filamenta coerulea, antherae polline fulvae.

Abundabat in campis glareosis versus Tareinoor Dauriae, sub finem Maii florens, cum Iride Gmel. Flor. Sibir. I. p. 26. tab. V. fig. 1. Simillimam, sed foliis paulo latioribus, spathae glumis latioribus, inaequalibus, muticis, petalis interioribus minoribus, in collibus arenosis ad Sarpam deserti Sarmatici sub finem Aprilis florentem legi.

67. IRIS *flauissima*.

Plantae.

*Iris* foliis ensiformibus caule bifloro G M E L. *Flor. Sibir. I. p.*

31. tab. V. fig. 2. cum fynon. A M M A N N I.

Proxime licet affinis *Ir. pumilae*, (quae in montibus Dauriae perexigua prouenit et sub finem Maii floret) distinctissima tamen. Differt: *Foliis* angustioribus, quam in *I. pumila* Europaea, magis linearibus et elongatis; *Scapo* proceriore, tenuiore, longius inter duo folia exserto, nec vsque fere ad radicem spatha vaginato; hinc spatha multo breuior, quam in vlla alia, floribus minor, bivaluis, valuulis subaequalibus, biflora, gluma exili, tenuiore inter flores; *Tubus* floris longitudine spathae; *Petala* intense flaua, venis fuscescentibus striata, exteriora barba flauissima, interiora angustiora, erecta. *Floret* post Iunii medium, adeoque multo tardius *I. pumila*. Obseruata in regionibus transbaikalen-sibus, praesertim circa Tschicoium, Vdam et Ingodam fluuios in vallibus humidulis, et in rupestribus circa Vrulungui; itemque circa Irkutiam in betuletis; in occidentalioribus nunquam visa.

68. RUBIA *cordifolia*. Tab. L. fig. 1.

Cruciata daurica scandens, smilacis folio aspero, flore luteolo.

A M M A N. *Sirp. p. 12. 13. n. 19. 20.*

*Rubia cordifolia* L I N. *Mantiss. p. 197.* G A E R T N. *Nov. Comm.*

*Petrop. XIV. p. 341.*

*Radix* tenuis, filiformis, reptans, cortice fuluescente. *Caulis* prostrati vel fruticibus implexi, sesquiulnares, tenuissimi, ramosi, tetragoni, vncinulis sparsis hamati, internodiis inter verticillos longis, rectis, cum fragilitate rigentibus. *Folia* ad genicula inferiora vsque ad octo, in superioribus quina et quaterna, in extremis ramorum summitatibus bina: inferiora maiora, e cordato, superiora ouato-lanceolata, trineruia, margine neruoque medio vncinulis minutissimis hamata, oblique sustentata *petiolis* patentissimis, longis, angulatis, insigniter vncinulatis. *Rami* floriferi ad verticillos superiores plerumque bini, maiores, totidemque minores; maiores inferius foliis ternis quinisque verticilloso, extremo (vt et ramuli), dichotomi stipulis ad diuisuras oppositis lanceolatis. *Flores* totidem fere quadrifidi et quinquefidi! superi, pallido-albi, minuti. *Fructus*, bacca laeuis, maturitate nigra, succulenta, didy-

*Plantae.*

ma, piffo faepe maior. — Prouenit in vallibus calidis glareofis regionum transbaikalenfium, fub finem Iunii florens.

69. PLANTAGO *minuta*. Tab. E. fig. 1. An.

*Plantago Loefflingii?*

Annua, faepe minutiffima (*fig. I. a.*). *Radix* fimplex, fetaceo-adtenuata. *Folia* lineari-lanceolata, fubcarinata, integerrima, fupra glabra, extus pilis longis, canis, verfus radicem copiofiffimis pubefcentia. *Scapi* aliquot erecto-declinati, hirsuti, foliis vix longiores. *Spica* ante florefcentiam cernua, ouata, *fquama* concaua ad fingulos flores; *hi* tubo ventricofa-conico, apice laciniis quatuor albidis ftellato. *Capsula* intra florem perfiftentem circumcifa, *feminibus* binis oblongis, tefiaceis.

Crefcit in praeruptis limofis deferti australis, circa Lacus falfo Inderienfem et Bogdenfem praefertim obferuata. Floret Aprili medio.

70. PHARNACEVM? *fuffruticofum* Tab. E. fig. 2.

Planta, quam nonnifi fiam neque perfectis feminibus examinare licuit, ideoque de genere incertus fum. *Caules* ex eadem radice plurimi, magnitudine geniftae, fuffruticofi, recti, virgati, teretes, epidermide rufefcente, ftriata corticati. *Rami* annui fimpliciffimi, herbacei, ftriati. *Folia* tenera, integerrima, ouata, fubvndulata, petiolo tenui infidentia, alterna, remotiufcula. *Flores* e petiolorum alis feni vel octoni, efficiunt quali vmbellulam feflilem, petiolo paulo longiorem, ftipulis minimis rubris inuolucratam. *Flores* minores quam in Ceruiana, fubglobofi, foliolis quinque concauis, margine colorato albis. *Antherae* 5 craffae, obtufae, extus fulcatae. *Germen* minimum; *ftyli* tres filiformes, fimplices, longitudine ftaminum.

Singularis planta, a Studiofo lecta in faxofis montium Charabom et Tſchir, ad Chailafutu deferti Argunenſis, media aestate florens.

71. MYOSOTIS *rupeſtris* Tab. E. fig. 3.

*Radix* perennis, fimplex, filiformis, ficca. *Folia* radicalia conferta, dura, obouato-lanceolata, obtuſa, pilis proſtratis hifpida. *Caules* digittales plurimi, faepe vſque ad viginti, diſfuſo-afcen-

adscendentes, subpilosi, simplices, adpersi: *foliis* alternis, oblongo *Plantae*.  
 linearibus, praeter pilos prostratos, quibus canescunt, utroque margi-  
 ne a basi ultra medium fetulis exstantibus ciliati. Caules extre-  
 mo in *racemos* floridos, ante florescentiam reuolutos breuissimos,  
 postea elongatos, foliolisque adpersos, subdivisi. *Calices* hispidi.  
*Corollae* modo mediocres, modo magnitudine Myos. scorpioidis  
 speciosae, saturate cyanaeae, fauce flaua. *Pedunculi* fructiferi  
 elongati. *Semina*, intra calycem persistentem, erectum, quatuor  
 alba, laeua, ouato-acuta.

In saxosis apricis siccioribus Danuriae montibus vulgarissi-  
 ma plantula, a Maio, perque totam aestatem successiue florida.

71 \*. MYOSOTIS *peffinata*. Tab. E. fig. 4. semen.

Praecedenti crescendi modo simillima, nisi quod *radix* su-  
 pra rupes sarmentis laxioribus, perennibus diffunditur. *Folia* omnia  
 ouato-lanceolata, acutiuscula, teneriora, pilis vndique longis, mol-  
 lioribus hirsuta, non prostratis neque ciliatim dispositis; *radicatio*  
 item conferta, *caulina* alterna, sessilia, sparsiora. *Caules* paucio-  
 res, dodrantaes vel ultra, tenues, subhirsuti, apice in *racemos* flori-  
 feros plures subdivisi; qui sunt rectiusculi, post florescentiam elon-  
 gati, interdum bifidi vel trifidi, foliolis minutis paucissimis adpersi.  
*Calices* vt in praecedenti, vel M. scorpioide. *Corollae* minores, cy-  
 anaee, fauce pallida. *Semina* quatuor altitudine calycis truncata,  
 supraque coronata *peffine* e spinis fetaceis erectis, verticem cin-  
 gente (*fig. 4*).

Prouenit in rupibus muscosis, frigidis, ad Ieniseam, circa-  
 que Baikalem, et inde in Kamtschatkam vsque; floret ab initio  
 aestatis.

72 \*\*. MYOSOTIS *echinophora*. Tab. Ii. fig. 1. A.

*Plantula* annua, digitali vix vnquam maior, tota pilis al-  
 bidis hispida, Myos. Lappula succulentior. *Radix* simplicissima,  
 recta, adtenuata. *Caulis* rectus, initio subsimplex, fructificando  
 sensim elongatus, in paucos ramos dichotomus. *Folia* duo *semina-*  
*lia* ouata, basi adtenuata glabra; *religua* per caulem et ad dich-  
 otomias alterna, linearia, extremo latiuscula, subtus margineque pi-  
 losa. *Corollae* minutissimae, calyce haud maiores, limbo azureo,  
 fauce albida coarctata. *Calices* fructiferi aucti, pedunculis incref-  
 satis

*Plantae.*

fatis et elongatis erecti; plerumque e prima dichotomia caulis solitarius, reliqui alterne sparsi, laciniis linearibus incuruulis circa fructum conniuentes. *Fructus* (quasi) oblongus, conuexe tetragonus, in semina quadripartibilis. *Semina* (fig. A.) oblonga, extus disco scabra, cincto margine spinis setaceis, apice vncinulatis radiato.

Obseruauī copiosissimam hanc plantulam in ripis praeruptis, nitrosis Volgae, ex aduerso fortalitiū Tschernoīar. Floret Aprilī, Maio fructum perficit et perit.

NOT. Crescebat simul *Myosotis*, *Lappulae* quam maxime affinis, sed annua, ab ipsa radice ramosissima, diffuso procumbens, ramisque fructificantibus in magnos saepe fruticulos excrescens; seminibus maioribus, testaceis, margine simplici spinis glochidibus radiato (quasi infundibulo) extus coronatis, quam nusquam nisi in australibus ad Volgam inteni et pro distincta specie declarari posse puto.

72. \*. LITHOSPERMVM *retortum*. Tab. Ii. fig. 2. B.

Simillimum *Lithospermo dispermo* LIN. sed constanter monospermum. — *Plantula* raro dodrantalis, annua, sicca, rigida. *Radix* simplicissima, filiformis, breuis. *Folia* *seminalia* pro radicalibus, vel sola, vel rarius adhuc altero pare duplicata, sessilia, ovalia, nuda; *Caulina* alterna, oblongo-lineararia, pilosa, stricta seu adpressa cauli. *Caulis* ad summum semiulnaris, simplex, vel simplici racemo terminatus, vel bifidus trifidusue. *Flores* in racemo circinnato secundi, minuti, pallide cyanei, fauce pallida. *Calyces* fructiferi (fig. B.) in racemo elongato recto, *pedunculis* ad caulem *retortis* penduli, secundi, cum pedunculo pilosissimi, laciniis linearibus, incuruo-patentibus. *Semen* vnicum album, durum, conicum, hinc gibbum, altero latere rectilineo carinatum.

Crescebat cum *Myosotide* praecedente, et simul floret.

72. ANCHVSA *saxatilis*. Tab. F. fig. 1.

*Radix* vix bi-vel tripollicaris, simplex, adtenuata, extus fulco-rubra. *Caulis* vel vnicus aliquoties ramosus, vel tres quatuorue subsimplices, erecti vel patuli, (vti tota planta) maxime setosi. *Folia* radicalia (ante florem marcescentia) caulinaque alterna oblongo-lineararia, vtrinque pilosa, floralia lanceolata. *Flores* a medio caule

caule alterne sparsi, in caulibus subadscendentibus secundi, pedunculis brevissimis axillares. *Corollae* purpuro-coeruleae, hypocrateriformes, extus subtilissime pubescentes; *tubus* calyce florente duplo longior, versus limbum ampliatus; *limbus* parvus, infundibuliformi-patentiusculus, laciniis rotundatis. *Calyces* pilosissimi, etiam post florem erecti, circa semina ventricosi, laciniis auctis parallelis connuentes. Semina quatuor, grysea, acuta.

Legi hanc plantam ad Selengam fl. ex aduerso oppidi, inter aridissima montium soli oppositorum saxa, florentissimam et copiosam sub finem Iunii.

73. TAMARIX *germanica* Tab. F. fig. 2. Mongolis *Balgä*.

*Arbustum* aliquot saepe orgyarum; *statura* tota Tamaricis gallicae. *Truncus* crassitie brachii, cortice gryseo, ligno cinerascente. *Rami* longissimi: annui, virgati, ramulis crebris alternis, pallidi vel rubicundi, extremo floridi. *Foliola* creberrima, linearia, plana, mollia, in adultioribus ramis in *stipulas* basi membranaceas degenerantia. *Racemi* florum terminales, simplices vel compositi, *bracteis* ad flores stipuliformibus, *maiusculis*. *Flores* decandri, pentapetali, dilute rosei; *Filamenta* staminum basi in membranam germen ambientem connata. *Capsulae* (vt omnes partes) maiores quam in T. gallica, trialues; *semina* ad 30, pappo multoties longiore coronata.

Icon incisa erat, antequam in Flora danica meliorem extare rescivi, nec tamen superflua erit nostra. — Prouenit arbustum in ripis glareosis Dauriae alpstris, Mongolis froade, loco theae, vtile.

74. CAMPANULA *verticillata* Tab G. \* fig. 1.

Campanula foliis viticae, vna cum fructu verticillatis MESSERSCHMID. apud AMMAN. *stirp.* n. 18. solum nomen.

*Radix* perennis, crassa; *Caules* e radice plurimi, vlnares et sesquialtari, recti. *Folia* circa caulem verticillata, quina vel sena serrata, plerumque lanceolata, maioribus plantis ovato-lanceolata (fere vt in Veron. sibirica). *Flores* in extremis caulibus per verticillos plerumque quinos, remotissimos digesti, pedunculis subramosis, ramento lineari arrecto stipulatis, cernui. *Calyces* parui, simplices, laciniis fetaceis. *Corollae* minusculae, campanulatae,

Plantae.

latae, dilute cyanaeae, quinquedentatae. *Stylus* corolla fere duplo longior, extremo fusiformis; stigma subbifido.

Lecta in herbidis Dauriae ad riuum Dorolgui, et versus oppidulum Arguense, Iunio florens.

75. CACHRYS *odontalgica*. Tab. G. Russ. ad Iaikum  
зубное коренье.

*Radix* (fig. 2.) perpendicularis, saepe vlnaris, crassitie raro digiti minimi, teres, subsimplex, extremo bi vel tricuris, extus fusca, intus alba, acerrime aromatica. *Folia* radicalia terria, patentia, supradecomposita, tota subpubescentia, foliolis extremis digitato-multifidis, obtusis, elegantissime sursum incuruulis. *Caulis* e radice vnicus, erectus, striatus, inter dodrantalem et tri-pithamalem altitudinem varians, subnudus, supra ramis umbelliferis, quasi in thyrsum dispositis, paniculatus. *Foliola* ad ortum ramorum inferiorum stipuliformia, apice laciniosa, ramentaque in ramulis umbelliferis. *Involucra* e ramentis paucis, exilibus, deciduis. *Radix* umbellae 4-6; umbellulae copiosiores, confertiores, floribus saepe denis, pluribus. *Flores* flauissimi toti, quinquesidi (in Icone, vitio chalcographi, perperam quadrifidi). *Fructus* magnus, (fig. 3.) Cachr. Libanotidis simillimus, laeuissimus, albus, bipartibilis. *Semina*, intra corticem fungosum satuum, oblonga, grysea, tenuissimo striata, apice ramentosa, acerrime aromatica.

Copiosissime prouenit in desertis limosis, aridissimis inter Volgam et Iaikum, florens initio Maii, semina post finem Iunii maturans.

75 \*. RHVS *Cotinus* Tab. H.

Iconem florentis meliorem, quam apud auctores est, proposui; descriptio in notissimo frutice, qui et ligno et foliis totus tinctura flaua scatet, technicumque vsum insignem praebet, omnino superuacua est.

Prouenit inter altissimos colles arenosos deserti Naryn, et versus Caucasum.

76. LONICERA *mongolica*. G M E L. *Flor. Sibir. III. Plantae.*  
p. 185. *Tab. 25.*

*Frutex* Xylosteo minor, erectus, ramis tenuibus, subarticulatis, rectis, oppositis, patentibus, epidermide gryseo-albida corticatis. *Folia* rariora, opposita, petiolata, ouata, ferrata, subtus lanugine cana. *Pedunculi* terminales, inter ultimum par foliorum, longitudine petiolorum, bifidi, singulo sustinente flores binos, quaternos quinosue sessiles. *Calyx* nullus, nisi margo coronans germen inferum, cylindraceum, striatum. *Corollae* flavescenti-albae aequales, parvae, campanulatae, margine quinquedentatae. *Stamina* 5. longitudine corollae, *antheris* magnis, didymis. *Germen* intra florem umbilico breuissimo prominens, stigmatate truncato. *Bacca* globosa, femina 5, sex, imo septem continens, magna, ouato-depressa, extus conuexa.

Crescit in saxosis montium incifuris ad Argunum superiorem, praesertim in monte Charabom. Icon *Florae sibiricae* pedunculos in paniculam congestos, copiosiores, quam frutex noster, habet.

77. RHAMNVS *dauricus*. Russis сандаль.

Cornus foliis Citri angustioribus G M E L. *apud* А М М А N. *stirp.*  
p. 200. *tab. 33.*

*Arbustum* statura Rhamni cathartici, aut specie diuersum. *Lignum* saepe crassitie brachii, pallide rubrum. *Rami* recti, nusquam spinoscentes, epidermide testacea obducti, ramulis annuis plerumque oppositis et terminantibus. *Folia* multo oblongiora maioraque et venarum dispositione alia, quam in Rh. cathartico, ouato-acuminata, argute serrulata, longius petiolata. *Flores* masculos non vidi; *Feminei* in distincta planta, quadrifidi, virescentes, haud maiores, quam in Rh. cathartico, foliolis acutis deciduis; *Stigma* didymum. *Baccae* magnitudine pisi, fuscae, subdidymae et plerumque dispermae, tertii seminis rudimento obsoleto.

G M E L I N V S in flora perperam pro Rh. cathartico recensuit, a quo, licet similitudine summa iunctus, intimis tamen structurae notis distingui potest.

Ad Argunum Dauriae fluuium vbique prouenit, quum, pariter ac Rh. catharticus, in reliqua Sibiria desit.



- Plantae.* 78. RHAMNVS *erythroxyllum*. Tab. I. fig. 1. Mongolis  
Iaschiht.

*Frutex* humana altitudine erectus, tortuosus, ramis paucis, abruptis, inordinate patentibus rigens, inermis. *Truncus* inter rupes saepe tortuosus, cortice tenui, fusco, strigoso incrustatus, ligno durissimo, rigido, intense rubro. *Rami* seniores recti, cortice glabro, fusco vestiti; *ramuli* breuissimi, cicatricibus foliorum deciduorum feabri, tantum apice foliati. *Folia* longissima, lanceolato-linearita, subtiliter ferrata, ferraturis distantibus, in masculino frutice, cui folia minora, vix conspicuis. — *Pedunculi* floriferi inter folia fasciculata crebri in utroque sexu. *Masculi* flores et in distincto et in femineo frutice (fig. A.) parui, quadrifidi, laciniis acutis flavescentibus. *Feminei* (fig. B.) cum masculis saepe simul, nunquam in Masculo frutice, similes, virescentes, germine supero, stylis tribus corolla longioribus, filiformibus, stigmate subcapitatis. *Bacca* (fig. C.) mole pisi, globoso-triconuexa, acute umbilicata, fusco-lutescente tinctura scatens. *Semina* (fig. c.) tria magna, ovato-oblonga, triquetra-conuexa.

*Statura* tota a Rh. lycioide differt, licet foliis similis. Inter apricas rupes et in glareosis ad Selengam, etiam in pinetis rarioribus, passim occurrit; ligno propter duritiem et colorem a Mongolis ad vsus idololaticos requisitus. *Floret* initio Iunii, baccae versus autumnum maturans.

79. RIBES *diacantha*. Tab. I. fig. 2. Russis in Dauuria  
паранушка.

*Grossularia* dauurica, montana, vuae crispae folio cet. AMMAN.  
*stirp.* p. 198. n. 276.

*Frutex* sesquiulnaris, erectus, strictus. *Rami* recti, epidermide gryseo albicante obducti, subramosi. *Aculei* ad omnes gemmas gemini, diuergentes, subincurui, in senioribus ramis truncisque oblitterati. *Folia* fasciculata, cuneiformia, trilobato-incisa, subtrineruia. *Racemi* inter folia solitarii, multiflori, ramento lineari ad singulum florem. *Flores* parui, virescente-flauis. *Baccae* (fig. D.) rubicundae, dulces, *seminibus* 4, rarius quinis, maiusculis (fig. d.), depressis foetae.

Abundat in glareosis et faxosis, circa fluvios Dauuriae et *Plantae.*  
ad Selengam, nec a falso solo aliena. Floret, iam foliata, Maio,  
baccas sub finem aestatis perficit, quae etiam siccatae vsui gratae.

80. CONVOLVULVS *rupestris* Tab. K.

*Conuoluulus fibiricus* LIN. *Mantiss. p. 203.*

*Radix* aliquot pollicum, subtransuersa, fibris ramosa. *Planta*  
glabra, lactescens succo amaricante, cito marcescens. *Caules* lon-  
gissimi, volubiles, angulosi, angulis argutis, submembranaceis,  
quaternis, quinis vel senis, quibus interiectae striae. *Folia* alterna,  
peltata, cordato-acuminata, subrepanda, mollia. *Pedunculi* ex  
alis foliorum, petiolis fere breuiores, tetragoni, plerumque biflori,  
rarius multiflori subpaniculati, in extremo caule etiam vniflori,  
stipulis geminis (multiflori pluribus) setaceis instructi, versus flo-  
rem incrassati. *Calyces* vsque ad basin quinquefidi, striati, acuti,  
glabri. *Corolla* parua, vix dupla calycis, quinqueplicata, carneo-  
alba, fugacissima. *Calyx* in pedunculo fructus (*fig. a.*) incrassato,  
striatoque persistens, patens; *Capsula* subglobofo-acuta, bilocula-  
ris, rarius trilocularis (*fig. b.*) bialuis, valuulis in duas portiones  
diffilientibus, septo valuulis parallelo, stria vtrinque prominente  
bipartito. *Semina* 4. scabriuscula, lutea vel nigricantia.

In rupibus foli oppositis ad Selengam copiose crescit, a  
fine Iulii in Augustum florens, capsulasque maturas per totam  
hyemen retinens.

81 PRIMVLA *nivalis.* Tab. G.\* fig. 2.

*Radix* perennis, fibrosa, crassa. *Folia* radicalia erecta,  
oblonga, argute dentata, glaberrima, digitalia. *Scapi* spithamales  
et ultra, rectissimi, teretes, umbellati. *Inuolucrum* umbellae mo-  
nophyllum, profunde quinquefidum, laciniis subulatis; *Stipulae*  
lineares ad pedunculos partiales. *Pedunculi* versus calycem cras-  
siores. *Calyx* subcoloratus, paruus, glaber, laciniis linearibus  
quinquefidus. *Corollae* (quas nonnisi marcescentes habui) maius-  
culae, purpurascens, tubo calyce longiore, ampliato, laciniis ob-  
longis, obsolete emarginatis. *Calyx* fructus auctus, rigidior,  
striatus. *Capsulae* magnae, gryseae, cylindraco-conicae, apice  
quinqueualues. *Semina* numerosa, maiuscula, grysea, scarioso-crispa,  
fere vti Cimicifugae, sed dimidio minora.

Plantae.

Prouenit circa niues et scaturigines frigidissimas Alpium Dauuricarum.

82. GENTIANAE *punctatae affinis, alpina albiflora.*  
Tab. L. fig. 2.

Gentiana floribus terminantibus diaphanis G M E L. *Flor. Sibir.*  
IV. p. 106.

*Radix* perennis, e stipite transuerso fibrosa, plures interdum caules proferens. *Folia* succida, tenera, radicalia plura e turione laterali sterili. *Caulis* rectissimus, teres, a digitali ad spithameum varians, duobus tribusue paribus foliorum trinerviium, lato-lanceolatorum, basi subuaginantium. *Flores* terni vel quaterni, quorum accessorii paulo inferius e foliorum summorum alis. *Calyx* cylindraceus, adulto flore plerumque hinc diffusus, semiquinquefidus, laciniis linearibus, quarum duae alternae maiores. *Corollae* magnae, campanulae, quinquentatae, lacteae, striis sursum coniuuentibus ceu flammis, punctisque per tubum seriatim digestis, itemque atomis versus limbum crebrioribus liuido-coeruleiscentibus, magis minusue saturatis adpersa. *Filamenta* medio incrassata, coerulea. — In proceriore planta plerumque sola puncta corollae, flammulis oblitteratis. *Capsulae* bialues, acuminatae; *semina* copiosa, grysea, scariofo-rugosa, fere vt Cernicifugae. Siccatione tota planta flauescit, floresque pallidi euadunt. Gustu amarissima planta. A. G. punctata, quae in alpestribus Sibiriae itidem albo flore occurrit, et praesertim consistentia differt, forsitan distinguenda, licet pro varietate posita ab Ill. LINNAEO.

In frigidissimis alpibus Dauuriae, circa fontes Tschikoji et Witimi fluu. et in monte Sochonda altissimo, circa niues copiose prouenit.

83. SALSOLA *monandra!* Tab. M. fig. 1. A. B. C. D. d.

*Planta* erecta, annua inter digitalem et cubitalem varians, plerumque spithamea (vt in icone): minor subsimplex, maior ramosissima. *Radix*, vt in Salsolis annuis omnibus, exigua, brevis, simplicissima. *Folia* radicalia bina, cylindrica, carnosae, obtusa, et aliquot ad infimos ramos alterna. Reliqua tota planta teres, Salicorniae instar succulenta, glauca, alterne ramosa. *Denticuli* floriferi (ceu incisarum) per ramos vbique alterni, constantes squama

squama triangulari, concaua, carnosa, margine membranaceo includente stipulas duas conuergentes, triquetras, acutas. Inter has flos glumis tribus membranaceis, cauis, conniuentibus, acutis. *Germen* ouatum, succo fuluescente turgens; *styli* duo setacei; *Filamentum* vnicum! longitudine glumarum atque squamae externae, ita vt, florente planta, fusco-luteae *antherae* exsertae quasi apici squamarum impositae videantur (*fig. A.*). Post florescentiam squamae externae immutatae manent; sed *glumae* floris, vna cum germine, auctae exseruntur, squamasque dimouent. Maturefcente semine tota planta euadit pallida, et exsucca quasi collabascit, fitque strigosa; *Calyces* fructiferi, extra squamam propulsi, inter stipulas laterales adauctas, argute carinatas haerent, triphylli, concaui, bracteola rubicunda, e singulae glumae medio enata alati, quarum superior paulo latior applicatur ramo, reliquae duae deorsum patent (*fig. A. C. D.*). *Semen* intra glumas calycis conniuentes ad caulem verticaliter spirale, maiusculum (*fig. d.*), inundatum succo fuluo, calycem explente, sub maturitatem paene absumto.

Singularis haec planta, facie et floribus triglumibus monandris ab omnibus sui generis aliena, neque tamen ob calyces fructiferos alatos a Salsolis segreganda, in paludibus falsis inundatis circa Lacum Altan, aliasque deserti Astrachanensis salinas, Salicorniae herbaceae plerumque comes, passim copiosa est, florens Augusto, femina versus Octobrin perficiens.

84. POLYCNEVM (\*) *sclerospermum* Tab. M. fig. 2. E. e.

*Planta* inter digitalem et dodrantalem varians, patula, ramosa, glauca, succulenta, cum fragilitate rigida. *Radix* simplex, adte-

U y y y 3

(\*) Sowohl diese, als mehrere Gattungen von Salzpflanzen deren ich drey im ersten Theil dieses Werks (Anhang Num. 94. 95. 96.) beschrieben habe, und noch ein Paar angeben könnte, scheinen mir, wegen ihrer veränderlichen und geringen Staubkolbenanzahl, und weil ihr Saamen nicht in gestülpten, blumenförmigen oder sonst gestirnten Kelchen, sondern zwischen den zweyen kleinsten Blumenblättern eingeschlossen reifen, von den Salsolis gänzlich abgefondert zu seyn, und kommen

*Plantae.*

adtenuatā, flexuosa. *Rami*, praeter duos infimos, alterni. *Folia* carnosā, teretia, spinulā mucronatā: *radicalia* duo opposita, teretia, *religua* alterna. *Flores* e foliorum alis solitarii, inter duo *foliola* subulato-mucronatā, stipantia; *glumae* calycināe quatuor, acuminatāe, concavae; *stamina* duo; *stylus* e germine ovato-simplex, filiformis; flauus. — *Germen* cum calyce excrefcens coalescit in speciem nucis seu fructum lignosum (*fig. E.*), flavescentem, apice paleaceo glumarum subtrivaluētem; in quo *semen* verticaliter spirale (*fig. Q.*), maifculum, fucco circumfusum. /

In limosis salſis deſerti ſiccioris ad Iaikum et circa Lacum Altan paſſim vulgare, Auguſto defloreſcens, femina Octobri matura praebens.

NOT. Tabulae M. fig. D. ſimul propoſita exprimit *calycem* fructus depreſſum, ſpinis quinis ſetaceis radiatum, e Salfola ſedoide *Itinerar. Vol. I. Append. n. 108. tab. I. fig. 1. 2.* (quae eſt Salfola muricata LIN. *Mantiff. p. 54. n. 13.*); *fig. d.* eſt *semen* enucleatum, corculo non ſpirali, ſed conduplicato.

84\*. LEONTICE *incerta.* Tab. V. fig. 2.

Habitus Leontices, ſed flores non vidi. *Radix* perennis, tuberoſa. *Planta* mollis, ſucculenta; caule ſolitario, tereti, erecto, bifolio; racemo terminali erecto. *Folia* (exacte vt in Polyanthe BARRER. *icon. 1029.*) ternata, foliolis vel lateralibus bilobis, medio trilobo; vel lateralibus inaequaliter quadrilobis, terminali tripartito, intermedia parte trifida, lateralibus ſubbifidis. *Pedunculi* circa caulem vaginantes. *Racemus* ſimplex, pauciflorus, *bractea* ad pedunculos ſingulos reniformi, amplexicaule. *Pedunculi* fructiferi recti, *bractea* longiores. *Fructus* veſicarii maximi, extimo inflati, ſubtus magis ventricofii et quaſi recurui, baſi anguſtata, ſupra conuexo-didyma; membranacei toti, pallidi vel rubicundi, venis prominulis elegantiffime reticulati. *Semina* in fundo veſicae quatuor globosa, fuſca; germinantia foliis ſeminalibus binis ouatis, carnoſis, glaucis.

Copioſe

men in allen Kennzeichen, ſo wie auch in Wuchs und Haltung, dem gemeinen Polycnemo am nächſten.

Copiose obseruata vere, in praeruptis limosis circa Lacum *Plantag. Inderiensem*, vbi Maio iam fructus a pedunculo deciduos, ventibusque velitandos maximam partem maturauerat.

85. AMARYLLIS? *tatarica*. Tab. D. fig. 1.

*Folia* radicalia subquaterna, e *vaginula* tenuissima membranacea, linearia, sicciora, scapo sublongiora. *Scapus* dodrantalis, inter folia emergens, medio notatus foliolo marcescente. *Spatha* glumiformis, biualuis, valuulis membranaceis lanceolatis. *Flores* bini, longius pedunculati; *Germen* inferum, oblongum, striatum; *Corolla* purpuro-coerulea, hexapetala, petalis oblongo-linearibus, strictim erectis, tribus extremo reflexis. *Stamina* tria dimidia longitudine corollae, tria breuiora; *antherae* erectae polline albo. *Stylus* staminibus longioribus paulo minor, filiformis, stigmate simplici subcapitatus.

Cum praecedenti eodem tempore et loco rarius lecta.

85 \*. ORNITHOGALVUM *reticulatum*. Tab. D. fig. 2.

*Bulbus* haud profundus, tunicis fibroso-reticulatis, sursum in vaginam circa scapum laxam, cylindricam, elegantissimam elongatis vestitus, inferne crinitus fibris capillaribus. *Folium* radicale unicum, lineare, crassiusculum, circinnato contortum. *Scapus* folio dimidio breuior, umbellatus. *Inuolucrum* umbellae constituunt folia tria pedunculis longiora et aliquot minora, lineari-adtenuata, itidem circinnata. *Flores* terni, rarius plures, successiue efflorescentes, pedunculis subtomentosis, Ornith. luteo maiores et speciosiores. *Petala* tria exteriora maiora, acuminata, viridia, margine flaua; interiora teneriora, flaua, neruo lato viridi. *Stamina* his breuiora, *filamentis* inferius planis, sursum setaceis; *antherae* oblongae, flavissimae. *Pistillum* altitudine staminum, *germen* cylindricum, obtusum, longitudine *styli* versus stigma sensim incrassati. Abundat passim in deserto limoso sicco Astrachanensi, maxime in solo salito circa Nitrariam officinam; tardius florens Oen. luteo et bulbifero, ibidem vulgaribus.

86. TVLIPA *biflora*. Tab. D. fig. 3. A.

*Statura* semper minor Tulipa syluestri, cum qua promiscue in eodem solo crescit, cuique proxime affinis est. *Bulbus* turbinatus, hinc

*Plantae.*

hinc magis gibbus, infra *ungue* margine radicante mucronatus, membranis rufescentibus amiculatus, quarum intima arachniis copiosis bulbum fouet. Praeter proles laterales rariores, bulbus quotannis post deflorationem perpendiculariter demittit bulbillum nouum, qui priori, a flore exhausto succedit. Hinc antiquiores plantae supra inum seu nouissimum bulbum (digiti saepe profunditate tenaci limo intrusum) exhibent feriem plurium bulborum exhaustorum, quorum relictas tunicas caulis annuus perforat et connectit (vt in *Icone*). *Caulis* digitalis, supra ipsam terram bifolius. *Folia* alterna, linearia, canaliculata, patenti-incurua, toto caule longiora, succulentiora et magis glauca, quam in Tul. syluestri. E sinu folii superioris minoris pedunculi floriferi plerumque duo, rarius tres, rarissime solitarii, distincti, folio dimidio breuiores. *Flores*, vt in T. syluestri, patentes, sed minores, odorati, quorum secundarii minores serius explicantur. *Petala* tria exteriora lanceolata, extus dilute cyanea vel virescentia, interiora alba cum neruo dorsali cyaneo, omnia intus basi macula magna fulua. *Germen* triquetrum, stigmate truncato; *Stamina* filamentis flauis pistillum aequantia; *antherae* filamentis breuiores, et lanugo in fundo floris paene vt in T. syluestri. *Flos* secundarius plerumque stigmate castratus abortit; idem rarius tetrapetalus, tetrandrus. *Capitula* feminales (*fig. A.*) conuexe triquetrae, a fructu Tul. syluestris constanter diuersae breuitate, crassitie et stigmate non trilobo, sed in minutum mucronem mutato; quum sint in T. sylu. oblongae, argutius triquetrae.

Tulipa syluestris in eodem solo, cum hac noua specie, prouenit, non multo saepe maior, et albo flore varians, rarissime biflora, imo triflora, (\*) semper tamen diuersa et caule saepius trifolio, quod in nostra nunquam. Prouenit nostra locis deserti maxime argillosis, imo saluginosis, nunquam in humido vel arenoso loco, vbi tamen Tul. sylu. promiscue, variaque magnitudine crescit. Florescit aliquot diebus maturius, biduoque vel triduo ante Tul. gesnerianae inflorescentiam omnes pereunt, cum contra T. syluestris diutius duret; idque quotannis.

87. RHO.

(\*) Eine solche scheint *Daubina* Tulipa minor-lutea italica beim MORISSON *Selt. 4. tab. 19. fig. 8.* gewesen zu seyn.

87. RHODODENDRON *Chrysanthum*. Tab. N. fig. 1. 2. *Plantae*.

Andromeda foliis ovatis vtrinque venosis, corollis campanulatis obliquis G M E L. *Flor. Sibir. IV. p. 121. tab. 54.*

*Frutex* pedalis, rarius sesquipedalis, diffuso-patulus, ramis ascendentibus, apice subdiuiso foliatis et floriferis. *Truncus* raro crassitiem pollicis superat, rami calamus subaequantes, velut annuo incremento subarticulati, epidermide vbique fusca. *Folia* in extremis ramorum pauca, alterna, ovata, in pedunculum adtenuata, venosissima, supra scabra, subtus pallida, margine inflexa, rigidaque adinstar folii laurini. *Turiones* ramorum biennium terminales floriferi, e squamis testaceis, subtomentosis, quarum externae ovatae, interiores elongatae. *Pedunculi* floridi inter has squamas in ipso rami apice alterne positi, conferti adeo vt umbellam referant, plerumque seni paucioresue, nonnunquam vsque ad decem, erecti. *Flores* (fig. 1.) magni, flauis, nutantes, campanulato-patentes, quinquefidi, laciniis rotundatis; quarum superiores tres paulo maiores, versus tubum liuido striatae, inferiores immaculatae. *Stamina* decem inaequalia, deorsum inflexa, antheris pallidis oblongis. *Stylus* filiformis simplex, staminibus longior, stigmate subquinquelobo capitatus. *Germen* superum, quinquangulare, (deciduo flore auctoque et rigide erecto pedunculo) excresecens in capsulam (fig. 2.) oblongo-pentaëdram, quinqueualuem, apice dissiliantem valvulis cymbiformibus, utroque margine contractis. *Semina* exigua, scobiformia, grysea.

Crescit in alpestribus iugis frigidissimis, sylua destitutis montium Saianensium, vt et Dauriae, totiusque Sibiriae orientalis.

88. COTYLEDON *malacophyllum*. Tab. O. fig. 1.

Facies simillima Cotyledoni spinoso. *Radix* ramentis tribus vel quatuor adtenuatis subdiuisa, biennis, florescentia peracta peritura. *Folia* radicalia ante florem in rosam conferta, interiora longiora, lanceolato-ligulata, plana, carnosa, tenerissima, margine arguto integerrima, apice rotundato inermiti. *Scapus* solitarius (rarius minore ad radicem laterali) simplicissimus, ad medium foliis alternis crebris vestitus, hinc floribus vndique confertim imbricatis interiectisque bracteis ovato-acutis, carnosis spicatus. *Flores*

III. Theils 2tes Buch.

3 3 3 3

sub-



*Plantae.*

subpedunculati, albidi, calyce et corolla pentapetalis; *stamina* decem, corolla longiora; *Pistilla* longitudine corollae quina.

Eadem fere structura floris in Coryledone spinosa, quam Ill. LINNAEVS (sic prius appellatam) e GMELINI hallucinatione nimis leuiter ad Crassulas retulit.

In montanis Dauuriae maxime transalpinae, rupestri pariter et humoso solo passim nascitur, locis apricis, insolatis; vere pullulat, florens sub finem aestatis.

89. SEDVM *populifolium*. Tab. O. fig. 2.

*Radix* sublignosa, e radiculis longissimis (per muscos, nudas supra rupes decurrentibus) collecta in *truncum* bipollicari saepe diametro, e quo *rami* lignosi copiosissimi, crassitie plus minus calami, extus testacea epidermide obducti assurgunt, e quibus *furculi* annui, herbacei, subspithamaei, culmo graminis haud crassiores, floriferi sine ordine excresecunt. *Folia* in ramis lignescentibus maiora et copiosiora, e petiolis longis, teretibus molliter pendula, (facie fere Populi), cordata, inaequaliter crenato-sinuata, peltato-concaua, tota carnosa, mollia, laete viridia, neruo distincto nullo. *Rami* floribundi fragiles, recti, adtenuati, simplices, rubicundi vel intensioris coloris, adspersi foliis alternis, minoribus, versus flores minutis, ouatis, dentato-laceris. *Corymbus* terminalis copiosus, foliolis sparsis, lanceolato-dentatis. *Calyx* florum quinquedentatus, carnosus. *Petala* quinque fugacia, angusta, acuta, flaua, apice rubicunda, basi coerulefcentia. *Stamina* 10. antheris rubris; *Germina* 5 rubentia, acuminata.

Copiosam inueni loco vnico, in ipsis faucibus vmbrosis Alpium Saianensium, quibus Ienisei fluius emittitur, vbi omnes rupes muscosas exornat; floret Augusto, et Septembri semina perficere videbatur.

90. SEDVM *quadrifidum*. Tab. P. fig. 1. A.

*Radix* perennis, pro statura plantae maxima, vel simplex, spithamali saepe longior, vel stipite duplici imo triplici, digitali, fibrisque pluribus descendens; extus rugosa, rubra, gustu subacida, adstrictoria. Supra terram incrassatus radice truncus finditur in capita plurima, reliquis priorum caulium ramentosa. *Cauliculi* crebri, erecti, tenues, circiter sesquipollicares, simplicissimi, subaequales,

quales, terminati corymbo paucifloro, fastigiato, totique vsque ad *Plantae.* flores adspersi *foliis* crebris, alternis, carnosio-teretibus, acutis, quales et in pedunculis-florum adstant. *Flores* quadrifidi (octandri, tetragyni) minores quam in Sedo acri. *Calyx* e foliolis quatuor linearibus, acutiufculis; *Petala* quatuor calyce longiora, lanceolata flava (*fig. A.*). *Stamina* octo, filamentis petala aequantibus, antheris globofo didymis, minutis. *Germina* quatuor subulata, excrescentia in *capsulas* proportionem magnas, acuminatas, testaceas.

Prouenit copiose in quibusdam montibus limoso-lapidosis plagae arcticae circa Vralense iugum, et in summis rupibus montis Sochondoi, alpium Dauuricarum coryphaei, vbi cum Claytonia sibirica, Arnica et Hieracio alpinis, et *Gymnandra* (supra n. 60.) summam regionem ornat.

91. SAXIFRAGA *punctata*. (\*) Tab. P. fig. 2.

*Radix* fibrosa. *Folia* radicalia copiosa, glabra, subcarnosa, longe petiolata, petiolo sensim dilatato in folium cuneiformi-obovatum, extremo sublobatum dentationibus acutis, medio maioribus, latere subimbricatis, a quinario ad vndenarium numerum. *Scapi* radicati erecti, dodrantes, filiformes; extremitate florida ramoso-paniculati, *foliolo* vnico ad primam diuisuram lanceolato, inciso, stipuliformibus ad ramos et pedunculos. *Flores* superi, paulo minori gradu, quam *S. crassifoliae*. *Calycis* lacinae acutae; petala parua, ouata, alba. *Germen* crassum, conicum, apice mutico.

Crescit in montibus Sibiriae summis, niualibus et in angulo maxime orientali Asiae.

(\*) Ich habe mich S. 444. des Textes auf diese Beschreibung mit Vorsetzung des zweifelhaften Namens Sax. niualis? bezogen, und muß hier diesen Fehler deswegen ausdrücklich verbessern, weil ich mich der dieser Pflanze zugehörenden Benennung (Saxifr. punctata) in diesem Theile hin und wieder, durch einen Gedächtnißfehler bedient habe, wo ich Saxifraga sibirica hätte setzen sollen; welchen zu spät bemerkten Irrthum ich hierdurch verbessert haben will.

Plantae.

92. DRYAS *geoides* (\*) Tab. Y. fig. 1.

*Agrimonia caryophyllatae alpinae luteae Bauhianae facie* ;  
*faxatilis MESSERSCHM. Hodeget. MSt.*

*Radix* fibrosa, farmentis reptantibus inter faxa caespitans, rufa, gustu caryophyllata. *Folia* radicalia crebra, ad summum digitalia, lyrato-pinnata, pilis longis praecipue subtus et ad basin hirta, foliolis incisissimis, non ubique oppositis, inferioribus minutis, extrorsum sensim maioribus, terminali maximo trifido vel quinquesido, inciso. *Pedunculi* radicati foliis longiores, erecti, uniflori, subpilosi, *foliolis* aliquot lanceolatis, alternis stipulatis, quorum infimum plerumque trifidum. *Calyx*, ut in Geo, campanulatus, decem (fig. 2.) rarius duodecim dentatus (fig. A.), dentibus alternis parvis, striis totidem, quot dentationes, longitudinalibus angulatus. *Limbus* aequalis, intra dentes calycem coronans, ciliatus filamentis staminum circiter 40, setaceis. Inter hunc limbum denticulosque minores calycis, adnata totidem petala (5 vel 6) orbiculata, flava. *Antherae* item flavae. *Pistilla* e fundo calycis 10. vel 12, e germine sensim adtenuata, setacea, nuda, staminibus breviora. In desflorato *calyce* margo dentatus marcescit, augetur scyphus et limbus staminiferus, filamentis persistentibus, rufescentibus pectinatus (fig. B.). *Semina* intra scyphum oblonga. utrinque acuta, scabra, grysea, *stylo* arefacto, vix conspicuo (fig. C.).

NOT. I.

(\*) Ich hielt diese Pflanze, noch da der deutsche Text dieses Theils gedruckt wurde, vor die Linnäische *Dryas pentapetala*, und habe sie auch an verschiedenen Stellen (S. 317. 347. und 346.), ja schon im 2ten Theil S. 557. also genannt; wie sie denn schon an mehreren Orten des altaischen Gebirges, und selbst auf dem ganz mittelmäßigen Schlangenberge zu finden ist. Allein da ich neuerlich, noch eben zur rechten Zeit, aus Stellerischen Handschriften und Zeichnungen dissenige schöne Pflanze habe kennen gelernt, welche Herr von Linné gemeynes, so freue ich mich die unstrige hier als eine neue Gattung dieses Geschlechtes bekannt machen zu können, welche dasselbe ganz nahe mit denen *Caryophyllatis* verbindet. Zugleich habe ich eine Abbildung und Beschreibung der Kamtschattischen Gattung (Tab. Ec. fig. 4. 5.) hinzu gethan.

NOT. 1. *DRYAS* *oſtopetala* ſeu *chamaedryoides*, habitu naturali *Plantae*. magis, quam caractere deſcriptae conuenit. Differt praefertim: *Calyce* profundis laciniis incifo, ſexſido, 7 vel 8 ſido, denticulis interpoſitis nullis; *ſtaminum* *piſtillorumque* numero multo maiore; *Stylis* villoſis, in *plumam* ſeminis calyce multo longiorem excrescentibus. *Calyx* fructus non in ſcyphum effingitur, ſed florido ſimilis, *limbo* ſtaminifero cum filamentis eidem inſidentibus marceſcente. *Radix* adſtringens, nec caryophyllata.

NOT. 2. *DRYAS* *anemonoides*, quae *pentapetala* LINNAEO, et *Anemone puſilla* GAERTNERI *Nou. Comment. Petrop. Vol. XIV. Part. I. p. 543. tab. 19. fig. 2. 3.* *Anemone* fol. ternatis, foliolis cuneiformibus, apice ſerratis, ſcapo ſubunifolio vniſloro KRA NZ *Fortſ. d. Grönl. Hiſt. p. 286.* Inter *Chamaedryoidem* et *geoidem* fere media. Modus creſcendi, vt in vtraque. *Radix* adſtrictoria. *Folia* radicalia pinnata, (raro ternata), foliolis duorum, trium, quatuorue parium, extimis ſenſim, terminaliſque maioribus, incifo-ſerratis, vix quidquam pubeſcentibus. *Peduncululi* radicati erecti, medio notati foliolo ſimplici, vel triphyſlo, quibusdam nullo. *Calyx* profunde ſemiquinqueſidus, laciniis ouato-acutis, interiectis anguſtioribus, eadem longitudine, apice ſubpraemorſis. *Petala* quinque ouata, alba vel pallida, magnitudine *D. geoidis*. *Stamina* in limbo calycem coronante, ſtylique (ad 30.) hirsuti, etiam *D. chamaedryoides* copioſiores. *Calyx* fructus, vt in poſteriore, cum limbo ſtaminifero marceſcens: *Semina* (vt in *Atragene* vel *Pulſatilla*) ariſta pilis plumoſa, calycem excedente, breuiore tamen, quam in *D. chamaedryoides*. — *Plantam* ſummo vigore florentem exhibet *Icon Tab. noſtrae Ee. fig. 4.* *Calycem* ſeminibus plumoſis repletum *fig. 5.*

Haec vltima extra Kamſchatkam nondum reperta; *Dr. chamaedryoides* in alpiſus frigidis totius Europae Aſiaeque borealis; *Dr. geoides* in rupeſtribus mediae regionis, a montibus Altaicis vſque vltra Ieniſeam abundat, primo vere florens, maturius paulo quam priores.

Plantae.

93. PYRUS *salicifolia*. Tab. N. fig. 3. A. B. Ruffis ad Terekum  
лохская груша (f. *Pyrus elaeagnifolia*).

*Pyrus sylvestris*, orientalis, folio oblongo incano TOURNEFORT.  
*Corollar.* 43.

An *Algil Perfarum* GMELIN. *itin. persic. Vol. III. p. 311.*  
*et 348?*

*Arbor* orgyalis vel sesquiorgyalis, facie mali *sylvestris*, ramosissima. *Rami* extremi rigidi, recti: *steriles* ramulis patentissimis, spinulentibus, velut *stimulis* infesti; *feraces* inermes, turionibus crebris, alternis, foliosis, velut ramulis brevissimis, obsiti. *Folia* circa turiones quasi fasciculatim conferta, in spinulentibus ramulis alterne sparsa, lanceolata, integerrima, subtus tomento alba, supra canescentia, *Salicis arenariae* simillima. *Flores* mihi non visi. *Fructus* (fig. 3. et A.) in ramis inermibus e turionibus inter folia terminales, solitarii; parvi, sine pedunculo sessiles, turbinati, basi velut collo tereti adtenuati, coronati calyce quinquesido, flaminum reliquiis intus echinato, in media pulpa quinqueloculares (fig. B.).

Crescit solitaria in arenosis deserti inter Terekum et Kumam fl. praesertim Cotino intermixta circa colles *Dubigi* dictos, 12. stadiis ad Orientem aestivum oppiduli *Cosaccici Tscherenlenoi*, inque vicinia huius oppidi, a Studioso lecta. Sub finem Aprilis florere dicitur, fructum Iunio maturat.

94. SPIREA *aquilegifolia* Tab. P. fig. 3.

An *Spirea foliis variis per fasciculos congestis* AMAN. *Stirp. n. 267.?*

*Frutex* statura *Spireae crenatae*, inter eamque et *Sp. lobatam* (LIN. *Mantiss. p. 244.*), quae ipsa proxime affinis est *chamaedrifoliae*, quasi media. *Rami* recti, strictiores, testaceo-lutescentes, epidermide secedente passim scariosi. *Folia* per ramulos sparsa, glabra, glauca, ovato-cuneiformia, in petiolum longiusculum producta, inferiora subintegra, in summitate ramorum extremo latiora, trilobato-incisa, lobis obtusis. *Extrema* ramulorum obsita *umbellulis* sessilibus alternis, quae floribus 4-12. constant, foliolis oblongis, saepe sublobatis stipati. Hinc rami terminales fasciculatis floribus quasi spicati. *Flores* albi, vix maiores quam *Sp. crena-*

erenatae. *Capsulae* quinae, maiusculae, breues, obtusae, stylo *Plantae*.  
setaceo mucronatae.

Crescit in rupibus apricis Dauriae trans-alpinae, maturi-  
vsque Sp. chamaedrifolia floret, cum qua et crenata promiscue,  
sed parcius occurrit.

95. SPIREA palmata. Tab. Q. fig. 1.

Vlmaria foliis profunde laciniatis AMMAN. *stirp.* n. 97?

Spirea folio impari maiore multifido G M E L. *Flor. Sib. III.*  
*p.* 192. n. 56.

*Habitus* simillimus Vlmariae. *Petioli* radicales vtrinque  
*laciniis* paucis minutis, dentatis, alterne alati; *folio* terminali magno,  
palmato, plerumque septemlobo, lobis ovato-acutis, vel lanceo-  
latis, inaequaliter ferratis. *Caulina* folia similia, sed petiolo sae-  
pissime nudo, vel lacinia vna alteraue instructo. *Stipulae* latiusculae,  
semiouatae, acutae, ferratae. In superioribus foliis lobi quini  
angustiores, summum simplex, subsessile. Inflorescentia Vlmariae.  
*Pistilla* 5. villosa.

In regionibus Alpina transbaikalensibus, maxime in Dau-  
ria frequentissima, rarior ad Ieniseam, vbi vulgaris quoque Vlm-  
aria provenit. Pro varietate vix habenda.

96. CLEMATIS hexapetala. Tab. Q. fig. 2.

Clematides daurica, foliis angusta cornu cerui diuisura sursum  
rigentibus, duris, fatuis, Ranunculi flore albo, semine Cle-  
matidis vrente MESSERSCHM. *Hodeget. MSt.* 1274.

Clematis erecta fol. angustis, cornu cerui diuisura AMMAN.  
*stirp.* n. 108.

Atragene fol. pinnatis, foliolis ex lineari-lanceolatis, simplicibus,  
bi et trifidis GMELIN. *Flor. Sib. IV. p.* 194. n. 32.

*Radix* perennis. *Caules* erecti, rectiusculi vel subflexuosi,  
friati, simplices, extremo subpaniculati. *Folia* per caulem oppo-  
sita, ascendencia, pinnata: *foliolis* duris venosis, marginatis, acu-  
tis, imi paris ramoso-quadrifidis, superioribus lanceolatis bifidisque,  
terminali tripartito. *Planta* tota glabra, praeter corollas. *Supremae*  
foliorum alae pedunculos subsimplices, unifloros exserunt. *Flores*  
in panicula subfastigiati, seni, septeni, denis raro plures. *Corolla*  
hexa, rarius heptapetala, alba. *Petala* oblonga, extus tomentosa,  
reile

*Plantae.* reflexa. Stamina copiosissima, filamentis purpurascente nigris, antheris striatis flavescentibus. Pistilla villosissima, adulescunt in semina ouato-compressa, nudiuscula, terminata stylo rarius duplo longiore, villis albis disticho (fig. A.).

In campis aridis circa Argunum vbique, interque Argunum et Ononem passim copiose prouenit, florens Iulio, Augustoque semina maturans. (Ob petala interiora nulla Atragene esse nequit).

96. \* DELPHINIUM *punicum*. An D. elati varietas?

Facie et praesertim inflorescentia refert Delphinium *Flor. Sibir. IV. tab. 77.* — *Caules* e radice perenni erecti vnares, simplicissimi, inter folia flexuosi, racemo florum terminali, rariusque ramulo vnico infra racemum. *Folia* alterna, peltata, quinquepartito-multifida, laciniis linearibus acutis. *Florum pedunculi* strictim erecti, calcare breuiore, bracteolis minutis, subulatis, altera ad basin, altera versus florem. *Corollae* magnitudine vix Consolidae, puniceae, seu purpurascente-nigrae, extus totae lanugine prostrata canescentes. *Petala* quatuor inferiora ouato-lanceolata; *Nectarium* diphyllum, petalis aequale, foliolis interioribus glabris, trapezoidis; summitate incisus. *Petala* inferiora profunde bifida, pilis longis hirsutissima. *Capsulae* ternae, vti tota planta, tomento vix conspicuo, velut puluere tectae.

Prouenit in aridissimis deserti circa Volgam maxime australem, praesertim in conuallibus monticulorum circa Salinas Tschaptchatschi copiosissimum.

97. PEDICULARIS *flaua*. Tab. R. fig. 1. A. B.

*Radix* crassa, perennis, pulposa, caules aliquot proferens *Planta* crassa, succi plena, pumila dum floret. *Caulis* crassus subtomentosus, praesertim senior argute angulatus, angulis alternantibus a neruo foliorum decurrente productis. *Altitudo* summa post florescentiam, spithamalis. *Folia* radicalia et caulina alterna, linearia, pinnatifida, succulenta, pinnis distantibus pinnatifido-dentatis. *Florescit* caule vix pollicari. *Spica* oblonga, imbricata, basi rariuscula et foliis basi dilatatis frondosa, caeterum bracteis lanceolatis, serrato dentatis, calyce paulo longioribus intermixta. *Calyces* pallidi, tomento obducti, subuentricosi, pentaedri, interiectis striis, quinquedentati; *dentes* tres extimi propiores, omnes fronde minuta,

nuta, viridi, ferrato-palmata terminati (fig. A. B.). *Corollae* *Plantae*.  
magnae, flavae: *galea* gibba, mucrone truncato-emarginata (stylo  
exsuperante); *labium* inf. trilobum, lateralibus latis, rotundatis,  
intermedio minore. *Capsulae* intra corollam emarcidam excrefcent-  
tes, calyce vix longiores, cylindraceae, apice compresso-acumi-  
natae. *Semina* magna, cinerascientia.

In glareosis circa Onon-Borsa fl. copiose, nec alibi obser-  
vata; floret sub finem Maii, Iunio exeunte semina maturat.

98. PEDICVLARIS *friata*. Tab. R. fig. 2. C.

*Radix* perennans, ramosa, multicaulis. *Caulis* simplicissimi,  
sesquidodrante nunquam maiores, a radice ad flores foliis alter-  
nis, superius sensim minoribus adpersi. *Folia* pinnatifida, rhachi  
lineari, angustissima, *pinnis* linearibus, parallelis, ferrulatis (quod  
in Icone non bene expressum est). *Flores* in spica terminali  
imbricata, bracteis trifurcis et lanceolatis intermixta. *Calyx* cylin-  
draceus, glaberrimus, quinquedentatus: dentibus vtrinque duobus  
lateralibus coadunatis in ligulam bifidam, latiore, productam;  
inferiore profunde discreto, breuiore. *Corolla* calyce triplo lon-  
gior, erecta, lutea, venis puniceis vel obscure purpureis eleganter  
picta: *Galea* obtusa, bidentata (stylo exsuperante), lineis longitu-  
dinalibus striata; *labium* inf. striis ramosis pictum trilobum, lobis  
rotundatis, quorum laterales maiores circa galeam conniuent,  
medius complicatus. *Antherae* magnae flavae. *Capsulae* calyce  
vix longiores, acuminatae, compressae. *Planta* tota glabra, ficcior.

Prouenit in excelsis, apricis, rupestribus montium soli op-  
positorum; praesertim in monte Burgultei prope Kjachtam, et cir-  
ca vallem Vrulungui Dauuriae lecta. Floret Iunio.

99. PEDICVLARIS *myriophylla*. Tab. S. fig. 1. A.

*Radix* simplex, exilis, apice subramosa. *Caulis* e radice  
primarius vnicus, et saepe terni laterales subsimplices, foliosi et spica  
terminati. *Folia* crebra, verticillato-terna, pinnatifida, filiformia,  
pinnis copiosis, distantibus, parallelis, dentato-ferratis. E verti-  
cillis caulis primarii mediis saepius *ramuli* totidem, quot folia,  
floribus paucis, terminalibus; spica primaria ante laterales  
florescit. *Spicae* terminales confertae, intermixtae *bracteis* fo-  
liolo pinnatifido similibus, cuius petiolus basi in vaginam ouatam



*Planta.*

concauam dilatatus. *Calyces* ventricosi, glabri, neruosi, quadridentati, dentibus duobus lateralibus maioribus, dorsali approximatis, infero quarto profundius distincto. *Corollae* erectae flavae: *galea* breui, subfalcata, apice acutissima integra; *labio* maiore, trilobo, lobis patentibus, rotundatis. *Capsulae* calyce multo maiores, acinaciformes, acuminatae, basi lata ventricosae. *Semina* maiuscula, grysea. Planta glabra.

Spithamea vel pedalis inter nuda saxa montium excelsorum ad Ieniseam, locis apricis prouenit; seminarem, foliis ramulisque quaternatis, in paludibus alpinis Dauuriae ad Kirkun riuum et in summis Iugi Altaici, Montisque *Sinaia Sophia* dicti legit Studiosus. Floret Iulio et vsque in autumnum.

100. PEDICULARIS *spicata* Tab. S. fig. 2. B.

*Radix* fibrosa, breuis, perennis. *Caules* (saepe vlnares) simplicissimi, rectissimi, teretes, piloso-subclauati, praesertim ad verticillos remotissimos. *Folia* verticillatim quaterna, lanceolata, pinnatifida, pinnis distantibus, obtusis, crenulatis; inferiora minora. E verticillis superioribus modo *ramuli* nudi, spica parua terminati vel flores sessiles. *Spica* primaria terminalis cylindrica, bracteis confertim imbricata, basi inuolucrata foliis quaternis, lanceolatis, crenatis. *Bractee* inter flores ouato-acutae, subintegrae; calyce paulo longiores. *Calyces* sessiles, ouati, neruosi, extus praesertim margine pilosi, truncato-bilobi, lobis rotundatis, interiecto dente supero, acuto. *Corollae* paruulae, ad angulum rectum (vt in *Pedic. verticillata*) exserti et nutantes, purpureae: *galea* breuis, obtusa; *labium* inferius profunde trilobum. *Capsulae* ouato-ensiformes, bracteis longiores, acutissimae.

Lecta in frigidissimis alpium Dauuricarum paludibus.

101. MOLVCELLA *tuberosa*. Tab. T. fig. 1. 2. 3.

*Radix* maxima, e duobus tribusue tuberibus ouatis, in radiculam extenuatis composita; interdum simplex, napiformis; gustu rapae subamaricante. *Folia* radicalia longius petiolata, ouata, profunde crenata, dentationibus obtusis, passim subemarginatis. *Gaulis* solitarius dodrantalis vel pedalis, erectus, tetragono-obtusangulus, lateribus duobus conuexis, totidemque canaliculatis: brachiatus ramis binis vel quaternis, ad internodia maxime pilosus

(Pro-

Proceriores plantae caulem subsimplicem, verticillis 5 vel sex floridum, vnicum ramum exferentem proferunt). *Folia* caulina opposita, ad ramorum primariorum ortum radicalibus similia, brevissime petiolata; ad superiores et ad verticillos sessilia, ovato-cuneiformia, extremo crenata. *Verticilli* pauci, tri et quadriflori, imo sexflori. *Calyces* maximi, pallide virides, pulchre venis reticulati, (initio florescentiae cylindraceo-coarctati (fig. 2.), adultiores fructiferique) infundibuliformes (fig. 1. 3.), patentissimi, nervis longitudinalibus angulati, plerumque sexdentati, dentibus spinula setacea terminatis. *Corollae* flauissimae, calyce duplo maiores: *galea* angusta, elongata, concava, erecta, apice villis fimbriata; *labium* inferius fulvum, trilobum, intermedio lato, lateralibus rotundatis, deflexis. *Stamina* corolla longiora. *Semina* 4. in fundo calycis lentissime maturefcentia, oblongo-triquetra, supra truncata atque villosissima, propria membranula calyculata. *Planta* odore debili, ingrato Lamii praedita est. — Conferant, quibus occasio est, cum Moluccella laeui, odorata C. B.

Occurrit haec planta passim in limosis deserti Tatarici australis collibus, maxime frequens in collibus ad Volgam ex adverso Ienataeuenensis fortaliti. *Florat* Maio, *semina* Julio perficit, tumque a ventis voluitur.

102. SISYMBRIVM album. Tab. U. fig. 1.

Sysimbrium fol. pinnatis, pinnis integerrimis, confluentibus, siliquis brevioribus G M E L. *Flor. Sibir. III. p. 269. n. 36.*

*Radix* perennis, teres, ramosa, sublignosa, supra in plura capita diuisa, crassitie saepe digiti minimi. *Caules* spithamales, erecti, teretes, tenuissime tomentosi, foliosi, ramulo vno alteroue ex alis florido, corymboque terminali. *Folia* radicalia et ramea pauca, tomento tenui exalbida, pinnatifida, pinnis oblongo-linearibus, obtusis, plerumque simplicibus, passim bi vel trifidis; *lacinia* terminali incisa. *Flores* in corymbum conferti, magnitudine Alyssi incani; *Calyx* coloratus, albus; *petala* maiuscula, candida, integra; *antherae* flavescentes. *Siliquae* (in racemo elongato) lineares, teretes, laeues, stigmate subcapitato.

In frigidis circa Baikalem Iunio floret.

102 \*. SISYMBRIVM an *asperum*? LIN.

*Radix* perennis, perpendicularis, adtenuata, extremo ramis vel fibris lateralibus, subdulcis. *Caules* erecti, senioribus radicibus plures, plerumque solitarii, erecti, pedales imo sesquipediales, ab imo ad summum crebro foliosi, superius ramosi, teretes, adpersi pilis raris, punctisque prominulis, glanduloso-duris, usque in ramos et pedunculos florum creberrimis exasperati. *Folia* pilosa et asperata, radicalia maiora confertissima, linearia, pinnatifida, laciniis linearibus, subacutis; caulina sensim rariora, ramea dente vix vno alteroque. *Rami* extremo elongati, nudi, floribus subsessigatis, post florentiam in racemum longum excrecentes. *Peduncululi* florum patentes. *Calyx* simplex, pallidus, foliolis ante petala deciduis. *Petala* magna, alba, plana. *Filamenta* staminum 4. maiorum, membranacea, circa pistillum vaginantia, apice oblique truncata, mucrone extimo sustinente antheram; breviora stamina simplicia. *Siliquae* in pedunculo elongato patenti-arrectae, lineares, stylo subbifido.

Plantae radicum robustiorum minus procerae, sed ramosissimae. In frigidissimis alpinis planta exilis, caule subsimplici, foliis tantum radicalibus et circa unum caulem.

Frequentissime crescit in ripis glareoso-lapillofis Baikalis lacus, fluviiorumque Sibiriae maxime Orientalis.

## 103. VELLA tenuissima. Tab. U. fig. 2.

Planta tandem spithamalis vel pedalis, annua. *Radicula* parva, adtenuata, fibris aliquot lateralibus. *Caulis* filiformis, in tres plerumque ramos diuisus, teres, pilis raris, patentissimis vel reclinatis sparsus. *Folia* (tantum in caule inferaque parte ramosum) paucissima, lanceolata, obtusiuscula, margine pilosa. *Flores* sessiles, (fere vt in Bursa pastoris) parvi, albi; *calyce* pallido, *petalis* oblongis. *Siliculae* in spica valde elongata remotissimae, scabriusculae, biloculares, globoso-subhexangulae; angulis binis obsoletissimis, reliquis per paria approximatis, stria interposita; *Stylus* in fructu auctus appendiculae instar subdistinctus, facileque deciduus, filiformis. *Semen* in singulo loculo unicum, orbiculare, planum, flavescens.

Praeter colles sic dictos Inderienses ad Iaikum australem, nusquam obseruata plantula. Floret Aprili.

103. **ERYSIMVM** *polyceratum*. Tab. M m. fig. 1. A. *Plantas.*

*Planta* annua, a pollicari ad digitalem altitudinem florens, matura ad summum palmaris. *Radix* simplex, fibris paucis lateralibus. *Caulis* teres, lævis, subpilosus, plerumque in ramos binos foliatis et floridos excrefcens, intermedia spica breui aphylla. *Folia* pauca, alterna, oblongo-acutiufcula, repando-dentata, dentibus acutis patentibus. *Pili* rarius sparsi, patentiffimi, in culta planta evanescentes. *Flores* parvi, ephemeri, feffiles: *Calycis* foliola aequalia, lineari-acuta; *Petala* quatuor e rubicundo alba, oblonga. *Siliquae* pilosae feffiles, patentes, rigidae, nec sponte feffiles, caule tandem craffiores atque feffiquillicares, teretes, verfus bafin craffiores, difsepimento valvulis longiore, acuto. *Pili* in filiquis cultura deficiunt. *Semina* parva, lutescentia.

104. **MYAGRVM** *rigidum*. Tab. Ll. fig. 1. et M m. fig. 2.

Proxime videtur accedere ad Myagrvm tertium Ill. HALLER. *Planta* annua, ramoso-druaticata, sub maturitatis tempus rigidiffima, tenax; spontaneam maturam Tab. Ll. fig. 1. cultam et florentem Tab. M m. fig. 2. exprimunt. *Radix* simplex. *Folia* subpilosa vti tota planta, plerumque omnia ovali-oblonga, dentata, radicalia longiora; rarius haec lyrato-sinuata (vt in icone posteriore); caulina femper ovalia, in culta planta oblongiora, vbique alterna et pauca. *Flores* magnitudine vix feminis mali, fugaces, primi inter folia feffiles, axillares vel a foliis remoti, plerique in spicis lateralibus nudis, quae fructiferae longiffime excrefcunt. *Calyx* foliolis conuexis, apice pilosis, pallefcenribus, alterne minoribus; *Petala* vix calyce maiora, alba, retufa, promifcuae bina, terna vel quaterna; *stamina* tetradynama, pallida, longiora approximata. *Siliculae* parvae, feffiles, didymae, mucronatae, feabrae atque pilosiffimae, fuleo extus diftinguente transverfim ftriato, biloculares, difpermae. *Semina* oblonga virefcenria.

In praeruptis foffis circa Lacum Bogdenfem cum praecedenti abundabat; praeterea nunquam obferuata. Maio iam defluerat, filiculis maturis oblita, quae sponte deciduae haud fiunt, neque finduntur.

105. **RAPHANVS** *tenellus*. Tab. L. fig. 3.

Ad hoc nomen referenda descriptio *Itinerarii Vol. 1. Append.*

¶ 497. n. 116. propofita. Culta solo succufento planta in vlnarem altitudinem

Plantae.

dinem ramosissima adolescit, et acerrimum raphani gustum acquirit, qui spontaneae debilis et gratio. In palustri aequae ac siccissimo loco minima provenit, saepe vix pollicaris, floribus paucis. — Forsan huc referendum synonymon ВУХБАВМІА *Centur. II. tab. 32. fig. 2.*

In deserto Caspio vbique provenit, locis praesertim praeruptis et nitrosis; maximeque viget initio Maii.

106. SPARTIVM *aphyllum*. Tab. V. fig. 3. a. b.

*Caulis* (licet annui) excrescunt in altitudinem saepe octogonalem, trunco pollicis vel digiti crassitiem aequantes, strictim erecti, ramis copiosissimis, virgatis, alternis, tenuissime iunceis subdivisi. Extremi rami (floriferi) exfoleto virides, macilenti, vix grossioris sili crassitie; trunci seniores striato-angulati, atomis fuscis adpersi, demum quasi lignescentes, epidermide cinerea, tamen annui. *Folia* omnino nulla, nisi *stipulae* minutissimae, lineares, ad singulam diasturam ramorum, in senioribus marcescentes. *Flores* in extremis ramulis rari, alterni, stipula minutissima ad pedunculum: *Calyx* quinque-dentatus, campanulatus; *Corolla* obscure violacea, basi flavescens, ambitu vexilli, alarum et apice carinae breviculae purpurascens. *Legumen* intra calycem siccum adolescit, primo ensiforme, compressum, tomentosum, stylo mucronatum (*fig. 3*); *maturum* glabrum, lunatum, turgidum, plerumque dispermum (*fig. a. b.*). *Semina* magna, reniformi-compressa, cinerea vel rufescentia; illa citissime germinant, haec nulla maceratione emollienda, durissima.

Crescit in arena mobili collium Naryn, et Saskol, deserti Volgensis. Floret Iunio, semina Octobri maturat.

107. GALEGA *daurica*. Tab. W. fig. 1.

*Caulis* herbaceus, semiulnaris, erectus, subramosus, striatus atque pilosus. *Folia* alterna, albo-pilosa, pinnata, paribus 5. ad 8. cum impari, subpetiolatis, lanceolatis. *Flores* in spica brevi, terminali conferti. *Calyces* pilosi, subpedunculati, profunde quinquesidi, laciniis longis, linearibus. *Stipula* linearis ad singulum florem. *Corollae* purpureae, minusculae. *Legumina* in spica productione linearia, erecto-subrecurva, pubescentia, stylo setaceo terminali. Matura non vidi.

In ripis glareosis fluuiorum transbaikalsium, ad Ononem, *Plantae*.  
 Dzhidam, Selengam, fera aestate demum floret.

108. PHACA? (\*) *oxyphylla*. Tab. X. fig. 2:

*Radix* perennis, capitibus vaginatis vix euidenter caulescens, multicaulis. *Folia* e vaginis infundibuliformibus, stipuliferis, membranaceis, rhachi ad  $\frac{1}{3}$  fere nuda, dein rarius pinnata; foliola plerumque ternata, imo quaterna, lanceolato-acuminata, tomentosa, opposita et radiatim circa rhachin diuicata. *Pedunculi* subradicati, declinati, per maturitatem prostrati, nudi, spica terminali conferta, vsque ad 20flora. *Calyces* hirsuti; bracteae calyce haud longiores. *Corollae* mediocres, pallide violascentes vel albiae, coerulescentem striatae atque umbratae, apice carinae intensius violascente. *Legumina* (quibus maxime distinguitur) ouato-inflata, stylo elongato acuminata, extus pilosa, valvulis tenuibus membranaceis, perfecte unilocularia; matura etiam viridi, interdum versus apicem purpurascente colore gaudent. *Semina* fusco-lutescentia, maiora, quam in Ph. myriophylla; germinant

(\*) Ich habe den Namen Phaca noch gebraucht, weil der Herr von Linne in den Spec. Plantarum zwey Gattungen dieser hier mit einander beschrieben und abgebildet, Sibirien ganz eigenthümlichen Pflanzen, unter einem Namen seinen Phacis benannt hat. Es gehören aber alle diese Pflanzen der ganzen Gattung und allen Kennzeichen nach wirklich unter die Astragalos; welches auch Linné selbst nachmals schon eingesehen zu haben scheint, da er in der Mantissa seines Natursystems (S. 275.) eine Gattung dieser Verwandtschaft mit dem Namen Astragalus verticillaris belegt. Die sonderbare Beschaffenheit der Blätter an den hier beschriebenen sieben Pflanzen (N. 108. bis 114.), da die Nebenblätter vielfältig oder gespalten sind, verdient daß man eine ganz besondere Abtheilung unter dem Geschlecht Astragalus für diese artigen Gattungen macht. Ammann hatte dafür den Namen Astragaloides gewählt; der ältere Gmelin nannte sie in seinen Papieren Dorycmioides und Steudler hatte ihnen den Namen Baicalia, nach dem Ort, wo er sie zu erst bemerkte, gegeben. — Indessen habe ich doch auch an mehreren Astragalos eine Neigung die Seitenblätterchen (foliola) hin und wieder zu verdoppeln wahrgenommen, welche die Verwandtschaft mit unsern Pflanzen näher bestimmt; und bekanntermassen haben mehrere Astragali einscherige Schoten. (legumina unilocularia) wie einige dieser Apterarten.

Plantar.

nant foliis primordialibus tribus simplicissimis, lanceolatis, proximis ternatis vel aliquot parium, cum foliolo terminali magno, falcato.

Crescit in collibus apricis, siccis, glareosis, ad Ieniseam et in Dauuria, ab initio aestatis florens et vsque in autumnum semina perficiens.

109. PHACA? *sylvatica* Tab. W fig. 2.

Haec forte antecedentis varietas loco umbroso humidior mutata videri posset, sed cultura non mutatur, vti nec prior (licet magnitudine multum augeatur) eidem similis vnquam euadit. *Radix* maxima, multiceps, supra terram (vt praecedentis) vix euidenter caulescens et sabdiuisa. *Folia* longis pilis pubescentia, stipulis ad basin rhacheos magnis, membranaceis, acuminatis alata; pinnis plurimis solitariis, lato-lanceolatis vel oualibus, hinc inde accessoris minoribus. *Pedunculi* declinati, longitudine foliorum striati, pilosi, spica terminali copiosa longiuscula. *Braeae* floribus totis longiores, cum calyce pilosae. *Calyces* quinquangulares, pallidi, laciniis marginis linearibus viridibus. *Corollae* angustae, exiles, purpurascens, compressae. *Legumina* fusco-pilosa, inflata; non vidi perfecta, sed forma et consistentia praecedentium similia fore videbantur.

In pinetis Dauuriae cum Trifolio hedyaroidae frequens occurrit.

110. PHACA? *microphylla*. Tab. X. fig. 1.

Modus crescendi, vt in *Oxyphylla*; sed capita radices supra terram plane non caulescere videntur, stipulis foliorum villosissimis scariofa. *Folia* longa, foliolis copiosis, minutis, oualibus, rarius duplicatis pinnata, pilis hirta, supra glabra. *Scapi* radicales longitudine foliorum erecti vel declinati, floribus fere in capitulum congestis. *Calyces* pallidi, punctis prominulis fuscis muricati, lanuginosi. *Corollae* magnae purpureae. *Braeae* calyce breuiores. *Legumina* non vidi.

Prouenit in insulis arenosis Selengae et Baikalis.

111. PHACA? *prostrata*. Tab. X. fig. 2.

*Radix* crassitie saepe digiti, supra caespitem ramosa. *Capita* radices, vt in praecedentibus, imbricata stipulis vaginantibus, quae

quae sunt biangulatae, extus pilosissimae; e quibus *folia* pilis prostratis canescentia, ultra dimidium auda, hinc pinnata *foliolis* raris, linearibus, plerumque gemellis inaequalibus, diuaticatis, supra glabris. *Scapi* radicales plurimi, prostrati, glabri, pauciflori. *Flores* fere in capitulum congesti; *bracteis* brevissimis, lanceolatis stipati: *Calyx* brevissime pedunculatus, lanuginosus, laciniis linearibus, superis paulo magis distantibus. *Corollae* magnae; *vexillum* oblongo-ouale, integrum purpureum, maculis disci 2. oblongis, parallelis, virescente-flauis; *alae* *carinaque* concolores, haec litura apicis liuido-coeruleante. *Legumina* non vidi; sed flore differt ab affinibus omnibus.

In arenosis ~~falsis~~, circa Lacum exsiccatum Tarei copiose florebat sub finem Maii, reliquis hic descriptis praecocior; nec alibi obseruata fuit.

112. PHACA? *myryophylla*. Tab. Z.

*Astragaloides incana*, non ramosa, floribus carneis. AMMANN. *Stirp.* p. 113. n. 150. tab. 19. fig. 2.

*Astragalus pedunculis* radicatis, foliolis linearibus quaternis et quinis radiatim *rhachin* amplectentibus. Gmel. *Flor. Sibir.* IV. p. 63. n. 80.

*Astragalus verticillaris*. LIN. *Mantiss.* p. 275.

*Radix* magna, perennis, ramosa, supra terram diuisa in capita copiosa, villosissima. *Folia* radicalia crebra erecta, subdrantalia, tenuiter lanuginosa, tota *foliolis* creberrimis multiplicatis, linearibus, binis, ternis, quaternis ex eodem puncto ortis, circa *rhachin* radiantibus, subincuruis pennata. *Stipulae* ad basin *rhacheos* dilatatae lineares, villosae. *Scapi* radicati, foliis longiores villosioresque, striati, terminati spica speciosa, 10 ad 20 flora. *Calyces* villosi, subpedunculati, viridi-purpurascens, cylindrici, laciniis linearibus quinquentati, quarum superae breuiores atque remotiores. *Bractee* lanceolatae, longitudine calycis. *Corolla* oblonga, dilute purpurea; *vexillo* integro, disco albo striato; *alis* dilutioribus, breuibus; *carina* violascente, acuminata. *Legumina* tomentosa, rigidissima, recta, cylindraco-depressa, stylo acuminata, *rhachi* hinc longitudinaliter impressa, intus semilocularia; *Semina* parua, reniformia, grysea.



Plantae

In regionibus transalpinis Davuriæ vulgarissima et pulcherrima planta; citra Alpes rarior, minorque, ut quasi extra patriam. Ad Selengam in arenosis variat flore pallide coerulescente, vexillo alisque fere albidis; sed forma in omni solo constantissima. *Floret* maxime post medium Iunii.

113. PHACA? *muricata*. Tab. Aa. fig. 1. B.

*Facies* et *crescendi* modus exacte præcedentis; inter affines glaberrima. *Radix* magna, perennis, libro dilute rubro vestita (quod in nulla alia), supra caespitem multifida. *Folia* radicalis copiosa, spithamalia (vel longiora), erecta, glabra, rhachi ad basin dilatata in stipulam latissimam, viridem, subpilosam, vtrinque lacinia plusquam semipollicari, acuminata auritam. *Foliola* per rhachin rarius disposita, bina, terna, quaterna ex eodem puncto radiantia, lineari-lanceolata, subcanaliculata, glabra, subtus plerumque punctis submuricatis scabrata, præsertim in iuniore planta. *Scapi* radicati foliis fere longiores, teretes, terminati spica copiosa florum, usque ad 20. *Calyces* sessiles, albi, subpilosi, laciniis subulatis viridibus, æquidistantibus. *Corolla* pallida; *vexillum* alis duplo longius, integrum; *carina* brevis, acuminata, brevior, litura liuido-coerulescente maculata. *Legumina* (fig. B.) maxima, semicylindrica, arcuata, stylo mucronata, punctisque acutis, sparsis muricata; supra eadem secundum rhachin impresso-caniculata, vnde interiorum producitur dissepimentum bilamellatum, ad oppositam suturam non pertingens. *Semina* ut in præcedenti, olivaceo-lutescentia. *Germinat* foliis primordialibus 2. primis ternatis, proximo quinao, vel pinnis duplicatis.

Copiosissima planta in montanis campis inter Yjussum et Ieniseam; etiam circa Baikalem observata. Floret initio Iunii, semina Augusto perficit.

114. PHACA? *lanata*. Tab. Aa. fig. 2. A.

Astragaloides hirsuta minor, non ramosa, floribus purpurascens. *AMMAN. Stirp. p. III. n. 149. t. 19. fig. 1.*

Astragalus radicibus caulescentibus, foliolis 4. et 5. rhachin radiatim cingentibus *GMEL. Flor. Sibir. IV. p. 63. n. 80.*

Phaca sibirica? *LIN. Spec. pl. II. p. 1064.*

*Radix.*

*Radix* in arenis profunde fibrosa, sursum in paucos ramos elongatos diuisa, supra terram caulescens. *Folia* digitalia, tomento alba et lanuginosa, innata *stipulae* infundibuliformi, villosissimae, vtrinque in laciniam linearem elongatae; quales caulem totum vaginarum instar vestiunt. *Foliola* circa rhachin remotius disposita, bina teraque ex eodem puncto, rarius solitaria, maiuscula, lanceolato-linearia. *Scapi* terminales foliis paulo longiores, teretes, villosissimi, spica sex vel octoflora terminati. *Calyces* lanati, euentius pedunculati, quinquentati, laciniis aequalibus; *bracteae* calyce paulo longiores, lineares. *Corollae* speciosae, intense purpureae, *vexillo* latiore, quam in praecedentibus, saturatoribus striis; *carina* inferne pallida. *Legumina* ovato-acuta, stylo mucronata, durissima, rudius lanato-tomentosa, unilocularia; futura intus hinc carinata, pro receptaculo seminum virescentium.

Abundat in arenis aridissimis circa Selengam, a pumila *Ammanniana*, ad Iconis nostrae staturam varians; Sub finem Iunii atque initio Iulii floridissima.

NOT. Hae omnes (n. 108-114.) ad Astragalos referendae, vbi subdiuisionem peculiarem per structuram foliorum, in nullo alio Diadelpharum genere obseruatam, constituent. — *Baikalia* flore ochroleuco, vexillo floris coerulescente STELLERI, in *Flor. Sibir. IV. p. 62. n. 79.* a nostris omnibus differt: foliis proxima *lanatae*, floribus *muricatae*, leguminibus *prostratae* nostrae. Sed mihi recens non oblata fuit, quum tardius floreat.

115. PHACA! *salsula*. Tab. Bb. fig. 1. 2.

*Radix* crassa, lignosa, profunde ramificata, trunculis brevissimis, fruticosis supra terram perennans. *Caules* annui, semiulnares vel spithamaei, subsimplices, recti, teretes atque, vti folia plantae, tomento vix conspicuo incani. *Folia* crebra, alterna, paribus 6 vel 7. cum impari, pinnata; *foliolis* oblongo-ouatis, supra glabris. *Stipulae* nullae. *Pedunculi* axillares racemosi, elongati, nudi. *Calyces* campanulati, dentibus 2. muticis, tribus acutis, persistentes. *Corollae* ruberrimae, figura Lathyri. *Legumina* intra calycem persistentem longius pedunculata, ternua, inflata, ouiformia, duriora, quam in *Bh. alpina*, stylo setaceo versus dorsalem futuram remotiore, reclinato mucronata, perfecte unilocularia.

Plantae.

Abundat in campis falsis circa Lacum siccum Tarei Dauriae, sub finem Iunii florens; alibi nusquam visa.

116. PHACA! *arenaria*. Tab. C c. fig. 1. 2.

*Radix* perennis, subsimplex, adtenuata, longissima, crassitie calami cygnei vel ultra. *Caulis* plures, patuli, digitales, (fig. 1.) vel in laetiore planta dodrantes (fig. 2.), glabri. Circa imum caulem vaginae membranaceae, cylindrico-infundibuliformes, bifidae. *Folia* inter stipulas latas, ovato-acuminatas alterna, paribus circiter sex cum impari pinnata; *foliola* lanceolata, acutissima. *Pedunculi* aliquot axillares et terminales, in planta pusilla solitarii, racemosi. *Stipulae* parvae, acutae inter flores. *Corollam* non vidi. *Calyces* persistentes, brevissime pedunculati, pilosi, campanulati, denticulis 5. linearibus. *Legumina* glabra, inflato-ouiformia, subtus magis ventricosa, basi adtenuata intra calycem subpedunculata; consistentia duriore, quam in Ph. alpina. *Stylus* in superiore sutura quasi mucro reflexus. — Vti Phaca alpina, rarius tomento cano obducta variat; plerumque glabra.

In arenosis ad Vdam inque infimis Selengae et Baikalis Maio floret, et Iunio iam fructum perficiebat.

117. ASTRAGALVS *melilotoides*. Tab. D d. fig. 1. 2.

Lotus montana erecta, oblongo et angusto folio paruulo, et siliqua Meliloti, septo oblique transuerso diuisa, bicapsulari MESSERSCHM. ap. AMMAN. *Sirp.* p. 119. n. 157.

Astragalus caulibus erectis, ramosissimis, pedunculis folio longioribus, foliolis quinis, floribus laxe spicatis, leguminibus rotundis GMEI. *Flor. Sib. IV.* p. 38. n. 51.

*Radix* perennis, producens caules striatos, plus minus cubitales, erectos in ramos tenues strictos, subdiuisos, facie fere Meliloti. *Folia* ad axillas et in ramis alterna, rariuscule sparsa, plerumque paribus duobus cum impari, rarius tribus composita, *foliolis* brevissimo petiolatis, oblongis, obtuso-submarginatis, glabris. *Stipulae* minutae, fetaceae. *Spicae* terminales omnium ramosum virgatae, nudae, floribus brevissime pedunculatis, minutis, alternis. *Corollae* purpurascenti-albae, litura carinae violacea. *Legumina* (fig. 2.) erecta, parua, ovata, didymo-subtriquetra, transuersim striata, stylo mucronata, bilocularia, disperma; *semine* singulum loculum explente nigra.

In.

In montanis siccis et apricis ad Ieniseam, inque regionibus *Plantas*. Transbaikalensibus frequens, floret Iulio et Augusto. Legumina Septembri maturantur, deciduntque integris loculis, semina aegre demittentibus.

118. ASTRAGALVS *leptophyllus*. Tab. X. fig. 3. B.

An Astragalus pedunculis radicatis, foliolis linearibus pluribus, glaberrimis. G M E L. *Flor. Sibir. p. 53. n. 68. tab. 24. B?*

*Radix* perennis, nunquam calamo crassior, perpendiculata, apice subdivisa. *Folia* radicalia pauca, nudiuscula, rachi elongata, extremitate pinnata foliolis 9 ad 13. linearibus, angustissimis. *Scapi* pauci, longitudine foliorum, prostrati, floribus terminalibus binis, ternis, quinis, rarissime senis, brevissime pedunculatis, in capitulum fere congestis, interiectis stipulis hirsutis. *Calyces* hirsuti, cylindrici, dentati laciniis quinis linearibus. *Corollae* magnae, colore Lathyri tuberosi intensius roseo, sub deflorescentiam coerulescentes. *Legumina* (fig. B.) pubescentia, inflata, ouato-mucronata, hinc magis ventricosa, *unilocularia*, dissepimento angustissimo ad futuram superiorem.

In campis apricis et subsalsis inter Ononem et Argunum copiose floret sub finem Maii; semina aestate praebuit.

119. ASTRAGALVS *dasyanthus*. Tab. Gg.\* fig. 1. A.

An Astragalus caprinus L I N. *Spec. pl. II. p. 1071. sp. 29.* (certe *Morisoni* Icon simillima).

*Radix* perennis, ramosa, tenax, capitibus crassitie calami scariosis. *Planta* tota lanugine copiosa albet. *Folia* impari-pinnata, foliolis oblongo-ovalibus, 9-14. parium, intermediis majoribus. Interdum laetior (in horto semper) caulescit *caule* hirsutissimo, palmari, foliato cum *stipulis* magnis, triangularibus, extus hirsutissimis, proferente *pedunculos* plures axillares, foliis breviores (vt in Icone). Frequentius scapi radicati, longitudine fere foliorum. *Flores* in capitulum lanatum congesti, interiectis stipulis longitudine calycis, lanceolatis, hirsutissimis. *Calyces* item lanati, cylindrici, quinquefidi, dentibus lateralibus longioribus, inferis approximatis. *Corollae* angustae, flavae, *vexillo* extus toto, et alarum antico margine lanuginosis (quod in nulla alia congenerum). *Legumina* (fig. A.)

Plantae.

albouillosa dura, ovato-mucronata, subtriquetra, dorso longitudinaliter excavato, carina conuexa; *septum* carinam non attingit. *Semina* reniformia, plana, pallida.

Provenit in collibus glareosis herbidis, ad Howlam et Medwedizam fl. cum Astrag. piloso; florens aestate, semina Augusto perficiens, quae cito dehiscētibz leguminibus effunduntur.

120. ASTRAGALVS *laguroides*. Tab. C c. fig. 3.

*Radix* perennis, calami raro anserini crassitie, perpendicularis. *Folia* radicalia pauca, pilis prostratis hispido-tomentosa, longius pedunculata, pinnata paribus duobus tribusue cum impari; *foliola* lanceolata, terminali saepe maiore. *Scapi* radicati solitarii vel bini ex eadem radice, foliis subbreuiores, hispidi, terminati spica florum confertissima, crassa ouali, vel cylindracea, hirsutie albente. *Calyces* sessiles, quinquangulares, cylindracei, cum bracteis adpositis pilosissimi, quinqueidentati: laciniis longis, linearibus. *Corollae* angustae, calyce minus duplo longiores, purpureae, *vexillo* fere lineari, compresso, alis non multo longiore. Marcescente flore inflantur calyces et ore coarctati intus maturant *legumen* paruum, compressum, falcatum, stylo acuminatum, pilosum, biloculare et dispermum.

Circa Selengam, in planis inter montes aridissimis florebat Iunio et initio Iulii semina perficiebat.

121. ASTRAGALVS *lupulinus*.

Anthyllis herbacea, foliis pinnatis, foliolis quinque aequalibus, terminatrici maximo G M E L. *Flor. sib. IV. p. 34. n. 46.* (saltem secundum *Synon. Stellerianum*).

Facie simillima praecedenti, et affinitas summa, nisi pilosior. *Radix*, folia scapis longiora, spica crassa, conferta, vt in eadem. *Stipulae* radicales hirsutiores. *Scapi* fulcato-angulati. *Calyces* hirsutissimi, a prima florescentia ventricosi-inflati, magni, ore coarctato, quinquefido, laciniis linearibus fusco pilosis. *Corollae* majores, quam in *A. laguroide*, flavae, *vexillo* oblongo, alis duplo longiore. *Legumen* (intra calycem inflatum) ovato-compressum, stylo uncinatum, semibiloculare, dispermum.

In insulis arenosis Selengae et circa Baikalem floret Iunio.

122. ASTRAGALVS *ampullatus*. Tab. C c. fig. 4. 5.

*Radix*

*Radix* perennis, crassa, verticalis, in ramos grossiores di-  
 visa, supra terram caespitans, multiceps. *Folia* crebra radicalia,  
 pinnata paribus 3, 5 vel 9 cum impari, tota tomento subargen-  
 tea; *foliola* sessilia, lanceolata. In florente planta scapus erectus,  
 aequae ac folia, vix pollicaris; serius folia petiolis in bipollicarem  
 longitudinem excrescunt; scapi fructiferi vero quadripollicaribus  
 saepe maiores et per ambitum prostrato-subadscendentes. *Flores*  
 terminales bini, quaterni, nec plures, quorum pedunculi biflori,  
 breuissimi scapum apice quasi dichotomum sistunt. *Stipulae* lon-  
 gitudine fere calycis, lanceolato-carinatae, in bifloris quaternae. *Flo-*  
*res* minusculi. *Calyx* villosus, cylindrico-angulatus, basi fuscescens,  
 quinquedentatus, laciniis linearibus. *Corolla* dilute purpurea. *Le-*  
*gumina* (fig. 5.) calyce disrumpo inflata, magna, ovato-mucronata,  
 stylo fetaceo acuminata, cauo villosa, unilocularia; quae matura  
 integra defluunt.

In rupestribus ad Ieniseam et circa Baikalem passim pro-  
 venit, tota ferme aestate florens, semina perficiens autumnum.

123. ASTRAGALVS *vescarius*.

Fortè varietas praecedentis, cui simillimus. *Radix* maxi-  
 ma, multo maiores caespites formans, capitibus villosissimis;  
 folia fere glabra. *Calyces* lanuginosi, licet scapis fere glabris.  
*Flores* quini vel semi lactei (adultiores basi coerulescentes), omnes  
 macula liuido-coeruleante carinae. *Legumina* vt in praecedenti,  
 lanuginosa, unilocularia, decidua. *Calyces* primo inflantur, demum  
 diffinduntur.

Haec primo vere in glareosis et rupestribus Dauriae flo-  
 ret, sub finem Maii iam deflorescens, Iunioque semina maturat.  
 Varietatem circa Baikalem obseruavi foliolis ternatis, rarius quinatis,  
 corollis purpurascensibus, quae magis adhuc ad praecedentem accedit.

124. TRIFOLIUM *hedyсарoides* Tab. Dd. fig. 3. A.

Cytisus saxatilis folio Meliloti ad caulem appresso, floribus in  
 foliorum alis pluribus, confertis, exiguis, albidis. MESSER-  
 SCHM. *Hödeg.* 1724. AMMAN. *stirp.* 281.

Hedysarum triphyllum, flosculis albis, polyanthos, silicula lac-  
 vi. AMMAN. *stirp.* 154.

*Plantae.*

Hedysarum fol. ternatis, oblongis, acuminatis, floribus sparsis

G M E L. *Flor. Sib. IV. p. 31. n. 39.*Hedysarum junceum L I N. *Spec. pl. II. p. 1053. decad. 1. tab. 4.*  
(ex hortensi).

*Radix* lignosa, ramosa, perennis. *Caulis* annui, strictim erecti, macilenti, plerumque simplicissimi (in spontanea), ab imo ad summum foliosi, vlnares imo sesquiulnares, argute striati, subtomentosi. *Folia* crebra, alterna, ternata, petiolo communi basi stipulato *spinulis* fetaceis, infirmis. *Foliola* oblonga, subtus canescentia, spinula terminali minutissima; intermedium petiolo proprio elevatum. In superiore parte caulis ramuli axillares, vel pedunculi floriferi. *Flores* seni vel pauciores, in pedunculis subumbellati; qui in laetiore solo pedunculis accessoriis serioribus, subvniifloris stipantur. *Calyces* persistentes, profunde quinquefidi, laciniis fetaceis, in fructifero caule pungentibus. *Corollae* pallidae vexillo compresso, disco striis violaceis; alis carinaque latiuscula vexillum aequantibus. *Legumen* (Fig. A.) longitudine laciniarum calycis, ovatum, compressum, marginatum, apice subtomentosum, monospermum. Dormit foliolis sursum erectis (vt in *Icone Linnaeana*).

Abundat in conuallibus saxosis et glareosis ad Selengam et Ononem; floret demum Augusto, et caulibus sublignosis, calyciferis in ver sequentis anni persistit.

125. ROBINIA *ferox* (\*) Tab. E e. fig. 2. 3. Mongolis *Altaganah.*Robinia spinosissima L A X M A N. *Nov. Com. Petr. Vol. XV.**p. 558. tab. 30. f. 4. L I N. Mantiss. p. 169.*

*Frutex* trunco vix sesquipollicaris diametri, sed altitudine humana, et ramis saepe orgyalibus subdiuisis, tortuosis, confertis per ambitum diffusus; totus floribus opertus, pulcherrimus. *Lignum* puniceum, extus flauum. *Epidermis* in ramis iunioribus virescente-aureola, minus nitida, quam in Rob. pygmaea, et strigosior, nervis

---

(\*) Eine ganz unverbesserliche Beschreibung dieses schönen Strauchs ist zwar schon am obangeführten Orte von Herrn Professor Laxmann geliefert worden; ich habe aber aus der in vorigen Notizen angeführten Ursach weislich nicht auf ein weitläufiges Werk verweisen wollen, und glaube hiedurch wegen einer Wiederholung genug entschuldigt zu seyn.

vis longitudinalibus, cinereis, a ramo ad ramum decurrentibus *Plantae*. strigosa. Rami teretes, diuaticati, alterni. Spinae quaquaversum angulo fere recto patentes, alternae, maximae, e petiolis foliorum persistentibus ortae, foliolorum etiam cicatricibus notatae; basi stipatae spina vtrinque parua, setacea, arrecta, e stipulis orta. Folia plura, flores bini ternive ex axillis spinarum omnium in ramis. Foliorum petioli spinescentes; foliola plerumque quaterna, interdum sena vel octona, linearia, apice mucronata, per paria remota. Calyx angulatus, glaber, dentibus duobus superioribus approximatis, longioribus. Corolla flauissima, calyce duplo longior, vexillo oblongo, reflexo, alis longiore. Legumina testacea, rigidissima, teretia (fig. 3.); Semina ovalia, virescentia, fusco punctulata.

Abundat praesertim in valle glareosa, subhumida, saluginosa inter Temnikum et Orongoi Fl. ad sinistram Selengae, similique loco ad Tschikoiium in regione pagi Beregowaja. Circa Pekinum frequentissima esse dicitur. Floret post initium Iunii; semina perficit autumnis et legumina copiosa in sequentem vsque annum retinet integra. Ad sepes viuas ob stimulos et crescendi modum vtilissima.

126. HEDYSARVM fruticosum. Tab. F f.

Astragalus caulibus ramosis erectis, foliis et floribus diffitis  
G M E L. Flor. sibir. IV. p. 45. n. 60. tab. 22.

Frutex vlnaris vel vitra, radicibus longissimis in arenam descendens; supra terram sparsus virgis raris, erectis, rigidis, dichotomo - diuaticatis, subarticulatis; quorum internodia longa, recta, teretia, epidermis gryseo - albida, striata. Rami herbacei e dichotomia fruticis, saepe vlnares, vix ramosi, subflexuosi, leuiter lanuginosi. Folia remote alterna, patentia, impari - pinnata: foliis ovalibus, crassiusculis, mollibus, glaucis, non exacte oppositis. Racemi axillares atque terminales, pauciflori; Peduncululi breues, stipula minima, emarcescens stipati. Calyces rubicundi, obsolete angulati, quinquentati, dentibus 2. superioribus paulo propioribus. Corolla dilute purpurea, venis subtilissimis saturatoribus: vexillum cordatum, patens, macula disci oblonga alba, flauo - marginata; alae exiguae, acutae; Carina lata, longitudine fere vexilli, compressa, biloba (fig. 2.). Legumen (fig. 3.) moniliforme, articulis compressis, rugoso - reticulatis. Semina orbiculata, grysea. Germinat foliis primordialibus sex vel septem primis simplicibus, lanceolato - falcatis.



Plantae.

Copiosissimus frutex in collibus sabulosis circa Selengam fl. et valem Chailassutu Dauriae; viget Iunio Iulioque lente succedentibus floribus, femina sero autumno maturat. Speciosissima planta, equis grata et ad firmandam arenam vtilissima, praesertim quum per femina facile multiplicetur.

127. GLYCYRRHIZA hispida. Tab. G g. fig. 1. 2.

Ad Descriptionem, quam in Vol. I. Append. p. 499 n. 121. dedi, addatur: Radix vtiqve dulcissima vere, crassitie minor calamo, longissima. Caules ex eadem radice frequentissime bini, rarius terni, diffuso patuli, hispidi. Foliola subtus et margine hispida, obouata, mucrone acuminata, conduplicata, dura; terminalia maiora. Stipulae minimae, acuminatae. Spicae verticaliter erectae, stipulis hispidatis. Flores crebro oppositi, pallide violacei, carina et alis albicantes, minores inter congeneres. Calyx purpurascens, subhispidus, maxime laciniis linearibus, corollas subaequantibus.

Reliquis omnibus maturior floret, inque deserto inter Volgam et Iaikum abundat; colles et praerupta glareosa amans.

128. CYTISVS an nigricans? Tab. G g. fig. 3. A. Calmucc. Temähne-schil-ebessyn (Herba neruus Cameli).

Frutex pulcherrimus, in vepretum saepe aliquot vlnarum diametro, sed vix bipedali altitudine diffusus, virgulis crebris a radice erectis. Ramuli annui (fig. 3.) pedales, lanuginosi. Folia alterna, itidem languinosa, rhachi tenui, stipulis ad basin magnis, triangulo-oblongis acutis, testaceo-membranaceis. Foliola orbiculata, supra glabra, 3-6 parium. Racemi axillares et terminales, pedunculo foliis multo longiores, erecti. Flores circiter deni, suboppositi, stipula acuminata ad singulum pedunculum, intensius flauis, et speciosiores quam in Cytiso piloso. Legumina cylindracea, extremo turgescencia, pilis glanduliferis hirsuta, stylo mucronata. (fig. A.) Semina magna, grysea, testaceo variegata: Germinant foliis primordialibus simplici et ternatis.

In quibusdam regionibus deserti montosi inter Volgam et Tanain, solo arido glareoso, occurrit frequens, sed localis. Floret Iunio, femina perficit Augusto.

128 \*. CYTISVS an austriacus? Tab. M-m. fig. 2. Cofaccis рокишникъ.

Cytisus floribus in capitulum congestis GERBER apud G M E L. Flor. sb. IV. p. 18.

Radix magna, lignosa, truncis supra terram breuissimis peren-

perennans. *Caules* annui, subhirsuti, copiosi, saepe bipedales vel *Plantae*. ultra, strictim erecti, subsimplices, vel ramis crebris alternis luxuriantes, ab imo ad summum foliosi, capitulis floridis caulem ramosque terminantibus. *Folia* subhirsuta, ternata, stipulis minimis; *foliola* oblongo-lanceolata, acumine minimo. *Flores* 6-10. inter summa folia in capitulum congesti, flavissimi, magnitudine paulo infra Cytis. pilosum. *Calyces* flavescentes pilosi, trifidi, lacinia infera acuta, lateralibus truncato-acuminatis, superiori marginē denticulo incisif. *Legumina* non vidi.

In campis herbidis, pinguibus circa Tanain et collaterales fluuios abundat passim; Iunio florens.

129. ARTEMISIA *borealis*. Tab. H h. fig. 1.

*Radix* perennis. *Folia* radicalia villosa, linearia, pinnato-quinquefida vel septemfida, laciniis passim trifidis. *Caules* flexuose ascendentes, maior et aliquot minores collaterales, fere glabri, laeues, foliis raris bi-vel trifidis, interque flores simplicibus, linearibus adpersi. *Panicula* florum ad  $\frac{2}{3}$  caulis, ramulis subuillofis. *Flores* in summis ramulis pauci, conglomerati, in caulibus lateralibus subfolitarii, magnitudine Absinthii vulgaris; *flosculi* plurimi intra *calycem* e squamis oblongis, circiter quindenis factum. *Receptaculum* nudum.

Crescit in rupestribus arcticae plagae, circa Obum fluuium.

130. ARTEMISIA *pectinata*. Tab. H h. fig. 2.

*Radix* simplex, flexuosa, adtenuata, annua. *Caulis* solitarius vel bini ternique, strictim erecti, rectissimi et vulgo simplicissimi. *Folia* alterna, sessilia, pectinata pinnis setaceis parallelis, raro bifurcatis, quarum cauli proximae reflectuntur. A medio caule folia sensim deminuta, ex alis florifera. *Flores* solitarii, sessiles, foliolis binis setaceis stipati, ouato-cylindrici; *Calyx* duplex, submembranaceus; *flosculi* calyce longiores quaterni vel quini. Diuersissima ab Art. palustri.

Plantula elegans, fragrantissima, ad Selengam et Tschikoum, circa vias publicas, praesertim eam, quae Kiachtam ducit, frequens. Floret demum ineunte Augusto.

130 \*. KOELPINIA *linearis*. Tab. L l. fig. 2.

Planta proxime affinis Lapsanae stellatae et Rhagadiolo, cum quibus propter semina vtique distinctum genus constituere videtur, quod nomini *Amici* de re herbaria *meritissimi* dedicare volui; dum iudicent quibus Imperium in Botanica contigit. — *Planta*

*Plantas.* tenuissima, antrix, radice exili, simplici, perpendiculari. *Caulis* spithamales vel sesquipedales, bini terniue, fere a radice diuaticati, subsimplices (rarius ramo vno vel altero), infirmi, inferne ancipites, superius tetragoni, angulis duobus oppositis argutis, duobus fulcatis. *Folia* sparsissima, lineari-acuta, mollia, subtrineruia, glabra. *Flores* plerique axillares, primus in omnibus plantis ad diuisuram caulium ferme radicalis. *Calycis* foliola exteriora duo minuta, interiores squamæ vulgo 5. lineares, extus subtomentosae. *Flosculi* tot, quot squamæ calycis, (interdum sextus in centro) aequales, calyce paulo longiores, ligulati, apice truncato-quinquedentati, flauis, extus pallidiores. *Semina* intra calycem patentem sensim diuaticantur et apice incuruantur: matura patentissima, vncinata, rigida, extus spinis setaceis, inaequalibus, vncinulatis atque retrorsum asperatis echinata, quibus tenaciter adhaerescunt.

In hortensi planta, ramosiore, caules hinc inde villosos, squamas calycinæ tantum quatuor, exteriores. I ad 3. flosculos 3 ad 6. limbo obouato, obseruauit Cl. C. F. MEIER.

Plantula insipida, in vnica valle scaturiginosa ad montem Bogdensem deserti Astrachanensis obseruata; initio Maii florescens, et sub finem mensis semina successiue perficiens. *Flores* matutino sole patescunt, versus meridiem clauduntur.

### 131. SCORZONEA *caricifolia*. Tab. Ii. fig. 1.

*Radix* e capitibus pluribus, crassitie digiti, in medio transversum junctis, vnde crebrae radicae, calamum crassitie saepe superantes, dulcissimæ, perenchymatosæ descendunt. *Folia* radicalia spithamata, lanceolato-linearia, nervosa, carinata, mollia. *Caulis* inter folia circiter sesquipedalis, vni-florus, fulcatus, foliis plerumque tribus alternis, deminutis, summo minimo. *Flos* proportionem plantæ exiguus. *Calyx* cylindricus, squamis exterioribus alternis breuioribus, purpurascens, vnica velut accessoria, foliacea; interioribus subaequalibus, duplicatis, radio breuioribus. *Corolla* vix patens, flaua; *flosculi* vigenis plures, in radio calyce non multo longiores, apice truncato-peclinati. *Semina* striata, laeuius, pappo sessili, longitudine calycis, plumose lanato.

In depressis, humidis, subfalsis deserti Naryn circa scaturigines et lacunas passim frequens; obseruata etiam circa riuum ad Salinas Ilzkienses. Floret Iunio.

131\*. SCORZONERA? *tuberosa*. Tab. Y. fig. 3.

Plantae.

Calmuccis *Kyffyk*.

Chondrilla altera Dioscoridis, prior, R. A. U. W. O. L. F. *is. orient. n. 117.*  
 Scorzonera humilis, tuberosa, *syriaca*. MORIS. *hist. sect. 7.*  
*tab. 9. f. 16.*

Dens Leonis montanus, fol. gramineis. BVXB. *cent. II. p. 24.*  
*tab. 18. fig. 2?*

Pro radice *tuber* lactescens, subglobosum, vel transuersum  
 ouale, verrucis aliquot radiculiferis notatum, mole nucis vel oui  
 columbini, e quo *stipes* secundum profunditatem situs 1 ad 3  
 pollicum, teres, plerumque simplex, interdum bi vel trifidus, qui  
 summo stuposus, folia et flores explicat. *Folia* e vaginis alter-  
 nis albis, membranaceis copiosa, lineari-acuminata, carinata, sub-  
 tus pubescentia. *Caules* maioribus radicibus plures, foliis breuiores,  
 subpubescentes, striati, interdum uniflori, foliolo vix vno alteroue,  
 saepius pedunculo vno binisue lateralibus instructus. *Flores* termi-  
 nales, ante florescentiam nutantes. *Calyx* pubescens, calyculatus  
 squamis extimis circiter octonis, breuissimis, laxioribus, apice seta-  
 ceo reuolutis (quo differt a Scorzonera); *Interiora* foliola ae-  
 quinumerata, corollae radium aequantia, margine membranacea.  
*Corolla* flaua, semiflosculosa, radio subtus purpurascente, flosculis  
 quindenis vel paucioribus, truncato-crenatis. *Semina* striata, pappo  
 sessili, longitudine calycis erecti.

Abundat in limosis, praeruptis, aridissimis circa Volgam  
 australem, medio Aprili florens, peritura Maio, soloque tubere,  
 qui Calmuccis edulis est, intra limum aridissimum perennans.

132. SAGITTARIA *natans*. Tab. G.\* fig. 3.

*Radix* fibrosa, fundo lacuum immersa, bulbo nullo. *Folia*  
 pedunculis aliquot spithamias, imo vsque ad orgyam aequantibus,  
 sensim adtenuatis in aquae superficiem eleuata, natantia, oblongo-  
 acuta, basi interdum subcordata, trineruia. *Scapi* itidem longis-  
 simi, inter folia orti, nudi, umbellati, umbella pauciflora et ple-  
 rumque prolifera, floribus superioribus masculis. *Involacrum* exi-  
 guum, triphyllum. *Calyces* triphylli, paruuli; *petala* alba, ma-  
 iora, quam in Sagittaria vulgari. *Antherae* in flore masculino cir-  
 citer 20. et rudimentum germinum inter filamenta. *Feminei* flo-  
 res in pedunculis breuioribus; *Germina* in globulum echinatum con-  
 gesta, copiosissima. — An esset Varietas Sagittariae minoris?

Plantae.

Nascitur in lacubus alpinis, frigidissimis Dauuriae: Schacka, Ieruna aliisque, locis vadosis, ad orgyalem vsque profunditatem.

133. BETULA *fruticosa* Tab. Kk. fig. 1. 2. 3. Russis  
Ерникъ березовой.

*Betula humilior palustris*, amentis per omnes dimensiones brevioribus G M E L. *Flor. sib. I. p. 167. γ. tab. 36. fig. 2.* (pro varietate *B. albae*).

Exsurgit semper truncis ex eadem radice plurimis, in palustri solo vix pollice crassioribus, altitudine humana; in montibus saepe brachii crassitie, multo procerioribus, constanter ab imo ad summum ramosissimis, habituque plane diuersis a *Betula alba*, etiam vbi haec *fruticosa* statura (truncis tamen solitariis) eadem in palude promiscue viget. In crassioribus truncis *epidermis* cinerea, laeuis, creberrimis fissuris transuersis cicatricosa; *lignum* minus albet, vndulis transuersis varium. *Vimina* extrema vix straminis crassitie, erecta, virgata, testaceo-fusca, copiosissimis punctis cotuliformibus, resinosis scaberrima, quae saepe vix non totam epidermidem cooperiunt, praesertim humidior loco natis. *Gemmae* copiosiores, quam in *B. alba*, vbique alternae. *Folia* plerumque ex eadem gemma bina, in annuis ramulis alterna, ouato-rhomboida, ad petiolum productiora, versus apicem acutissimum inaequaliter serrata (*fig. 1. 2. 3. a.*), molliora caeterum, quam in *B. alba*, citiusque marcescentia. *Amenta* mascula (in minoribus fruticibus saepe sola sine foemineis) ramulis terminalia, sessilia, saepe nullo stipata folio, pellicaribus longiora, cernua (*fig. 1.*). *Feminea* e gemmis foliatis solitaria, per ramos alterna, erecta, minuta, plerumque pedunculata, foliolo stipante; matura (*fig. 2.*) cylindracea, longiora, quam *B. nanae*; *squamae* (*fig. 3. b.*) basi angustatae, apice trifurcae, lacinia media longiore, lateralibus oblique truncatis. *Semina* ad singulam squamam terna, magnitudine et forma, vt in *B. nana*.

Abundat in paludibus saxosis, inque alpinis frigidis Sibiriae orientalis, praesertim circa Baikalem, Rhododendro daurico vbique conterranea et semper sibi similis. Iulos gemmasque paulo maturius *Betula alba* protrudit; amenta feminibus foeta plerumque per hyemem retinet.

NOTA. Vt differentiae in foliis, seminibus atque squamis amentorum appareant, in eadem *tabula* accuratissime delineata adieci 1.) *Betulae nigrae dauuricae* folium (*fig. 4.*), squamam a. semen b; 2.) *Betulae albae* varietatis alpinae tortuosae folium (*fig. 5.*), squamam a. se-

a. femen b; 3.) Varietatis in alpibus Dauriae obseruatae pumilae *Plantae*. folium A; 4.) Betulae nanae item folium (fig. 6.) cum squama a. et femine b.

134. SALIX *berberifolia*. Tab. Kk. fig 7.

Salix pumila, foliis dense congestis, oualibus, cristatis G M E L.

*Flor. sib. I. p. 191. tab. 35. fig. 3. (mala).*

*Fruticulus* supra saxa muscosa prostratus, magnitudine Arbuti alpinae; *trunco* ad summum digitum minimum aequante, *ramis* breviculis, tortuose confertis; *cortice* luteolo, subarticulato, ad truncum magis scabro. *Folia* in extimis ramis confertissima ouata, venis crassiusculis reticulata, rigida, per ambitum ferrato-dentata: *denticulis* distantibus, patentiusculis, acuminatis, inaequalibus. Exfucca quoque folia hyeme non decidunt, sed sensim absumuntur, et etiam sub niue virent aliqua, quae *gemmae* terminali hybernanti, globosae, luteae sunt proxima. *Amenta mascula* inter antiqua folia e gemmis terminalibus, longitudine folii, tenuia, squamis distantibus, villosis, triandris et diandris; *Feminea* folio breuiora, capsulis paucis, maiusculis, confertis, quae valuulis reuolutis edunt pappum vix longiorem. In masculo frutice, rami tenuiores, magis elongati; folia minora, ferraturis crebrioribus imbricatis.

Crescit in rupibus caluis montium excelsissimorum Dauriae iuxta niues, Gentianae albiflorae et Rhododendro Chrysantho plerumque comes.

135. SALIX *ferotina*. Tab. Nn. Russis БѢЛОКОЗЪ.

*Frutex* in vadis orgyalis vel vltra, in sicciore loco arborescit, trunco brachiali. *Vimina* crassa, fragiliora, strictim erecta, virefcente-grysea. *Folia* integerrima, (intra gemmam marginibus reuoluta) iuniora ouato-lanceolata, canitie argentea, *adultae* oblongo-acutae, saepe dodrantalibus longiora, mollia, subtus venosissima et incana. *Stipulae* vtplurimum plane nullae; in rapulis antiquis luxuriantibus lineari-acutae. *Amenta* pedunculo aliquot foliolis instructo e gemmis lateralibus exserta; *mascula* (fig 2.) sesquipollicaria, hirsuta, squamis confertis, staminibus longissimis; *feminea* breuiora, capsulis maiusculis crebris, tomento albescentibus. — Proxime videtur ad Salicem cineream accedere; sed folia semper integerrima, stipulae plerumque nullae.

Abundat in vadis arenosis et insulis Volgae australis, vbi aestuante licet toto Aprili atque Maio sole, omnibus aliis arbutis fronde iam vmbrosis, sub initium Iunii demum, decrecente iam inun-

*Plantae.*

Inundatione, gemmas explicat et amenta exferit, paulo ferius Salice pentandra, quae sub finem Maii floret. — Eandem omnino speciem circa lacus et rivos inter Yjus et Ienifea fluuios, habitu paululum immutato legi, et descripsit G M E L I N U S *Flor. sib. I. p. 163.*

136. FUCVS *glacialis.*

*Statura* et color ruber Fuci alati, sed neruus plane nullus, et substantia magis cartilaginea. *Frons* plana, linearis, dichotomo-multifida, ramosissima, simul laciniis acutissimis subserrata, extremitatibus latiuscula. Pars, quae maxime viget, marginibus ciliata est ramentis subtilissimis, quae in nouos ramulos excrescunt et verosimillime decidunt speciem multiplicatura. *Frustrificatio* alia nulla.

137. FUCVS *truncatus.*

*Fuco crispo* L I N E O consistentia, colore et facie similis, sed multo magis subdiuisus et crispatus, laciniis latissimis. *Frons* versus stipitem teretiuseculum angustissima, trichotoma et quadrichotoma, adeoque maxime multiplicata, versus extremitates sensim latissima, membranacea, rubra vel albida. *Sinus* ad omnes diuisuras rectilinei, dum laciniae omnes truncatae, angulis denticulisque distantibus crescere pergunt; extremae crenato-crispae. *Frustrificationes* globulosae in ipso margine recto inter lacinias nouissimas mediae, confertim sessiles, ruberrimae.

Abundant hi Fuci in vadosis Oceani glacialis, cumque aliis icone illustrabuntur alibi.

138. LICHEN *esculentus.* Tab. II. fig. 4. Russis

Земляной хлебъ.

*Corpuscula* libera, oblonga, e crusta conuoluta, crassa, coriacea, alba facta, extus rugosa et tuberculosa, grysea vel cinerascens. *Peltae* rariores, immerfae, excavaatae, verrucularum instar prominulae.

In aridissimis calcareis, gypseisque montibus deserti tatarici inter lapides crebra occurrit, vix a lapillis discernendus, nisi a gnaro.

